sol: Epicurus .. posse putat etiam minorem esse eum (solem), quam videatur, sed non multo; A II, 82. tantum .. (solem Epicurus) esse censet, quantus videtur, vel paulo aut maiorem aut minorem; F I, 20.

squilla: pina ... cum parva squilla quasi societatem coit comparandi cibi; N II, 123.

stella: ex quibus (stellis) erat ea minima, quae ..; R VI, 16.

studia: quo minus .. honoris erat poëtis, eo minora studia fuerunt; T I, 3.

suspicio: ut ne minima quidem suspicio sensus relinquatur; T I, 88. ut avaritiae pellatur etiam minima suspicio; O II, 75.

tempus: dies et noctes sine ulla minimi temporis intermissione; fr V, 81.

terra: qui viderit, quam parva sit terra, primum universa, deinde ea pars eius, quam homines incolant; R I, 26. ipsa terra ita mihi parva visa est, ut ..; R VI, 16.

Vergiliae: »cuius (Persei) propter laevum genus omni ex parte locatas parvas Vergilias || laevum genu »Vergilias || ... videbis«; N II, 112.

villa: quom ... antiquo more parva esset villa; L II, 3.

vis: mihi ... hoc videtur maior vis honestatis et minor voluptatis; F II, 81. opinio facit, non natura, vim doloris aut maiorem aut minorem; F III, 42. si minima vis adhibeatur imperii; R I, 67. nec .. illa parva vis naturae est rationisque, quod ..; O I, 14.

voluptas: propter voluptatem et parvam et non necessariam; F I, 47. nec minorem voluptatem percipi in brevitate temporis, quam si illa sit sempiterna; F II, 87. negat .. tenuissimo victu ... minorem voluptatem percipi; F II, 90. non minor .. voluptas percipitur ex vilissimis rebus quam ex pretiosissimis; F II, 91. sit voluptas non minor in nasturcio illo ... quam in Syracusanis mensis; F II, 92. quae minimae sint voluptates, eas obscurari saepe; F IV, 29. ea (voluptas), quamvis parva sit, pars est eius vitae; F IV, 31.

usus: si ipse usus membrorum non modo non maior, verum etiam minor futurus sit; F V, 46. ut ... deum fingeret ... usu membrorum ne minimo quidem (praeditum); N I, 123.

utilitas: in quo non minorem utilitatem afferunt, qui togati rei publicae praesunt, quam qui bellum gerunt; O I, 79.

B. **adeix: a. masc.:** I. agnoscunt, al.: parvi .. primo ortu sic iacent, tamquam omnino sine animo sint; cum autem paulum firmitatis accessit, et animo utuntur et sensibus conitunturque, sese ut erigant, et manibus utuntur et eos agnoscunt, a quibus educantur; deinde aequalibus delectantur libenterque se cum iis congregant dant-

que se ad ludendum fabellarumque auditione ducuntur deque eo, quod ipsis superat, aliis gratificari volunt animadvertuntque ea, quae domi fiunt, curiosius incipiuntque commentari aliquid et discere et eorum, quos vident, volunt non ignorare nomina, quibusque rebus cum aequalibus decertant, si vicerunt, efferunt se laetitia, victi debilitantur animosque || animos || demittunt; F V, 42.

appetunt, al.: quod ... salutaria appetant parvi aspernenturque contraria, quod non fieret, nisi statum suum diligerent, interitum timerent. fieri autem non posset, ut appeterent aliquid, nisi sensum haberent sui eoque se diligerent; F III, 16.

cogitant, al.: in parvis .. saepe, qui nihil eorum cogitant, si quando iis ludentes minamur praecipitaturos alicunde, extimescunt; F V, 31.

habent: parvi virtutum simulacris, quarum in se habent semina, sine doctrina moventur; F V, 43.

inveniunt: id .. *in* parvis intellegi potest, quos delectari videamus, etiamsi eorum nihil intersit, si quid ratione per se ipsi invenerint; F III, 17.

respondent: respondet mihi non Aristoteles ..., ne Xenocrates quidem aut Polemo, sed his || mihi, al. || minores: „tale verum ..;“ A II, 113.

II, 1. adlicio: quod ea voluptas, quae in motu sit, et parvos ad se alliciat et bestias, non illa stabilis; F II, 32.

debilito, delecto, al.: ſ. I. — rigo: vgl. A. nati. — 2. interest: ſ. I. inveniunt. — 3. minor: ſ. I. cogitant. — pareo: vgl. A. corpus.

supero: ſ. I. agnoscunt.

4. peto a: nec .. argumentum hoc Epicurus a parvis petivit aut etiam a bestiis; F II, 32.

III. a: a parvis .. Iovem, ... Apollinem reliquosque deos ea facie novimus, qua pictores fictoresque voluerunt; N I, 81. a parvis .. didicimus „SI IN IUS VOCAT“ atque || atque alia || eius modi „leges“ alias nominare; L II, 9.

in: ſ. I. inveniunt.

b. neutr.: I. est: vgl. A. alqd; A I, 27. F I, 20.

interest: ſ. **parum,** A, I. interest (S. 19, b).

II, 1. confero: ut parva magnis conferamus; R III, 34. ut aliqua similitudine adductus maximis minima conferam; fr X, 3.

curo: ne in regnis quidem reges omnia minima curant; N III, 86.

dico: qui grandia ornate vellent, enucleate minora dicere; F IV, 6.

discerno: utilia inutilia, magna parva (discernere) poterat; T V, 114.

metuo: sine metu is habendus est, non qui parva || pauca, al. || metuit, sed qui omnino metu vacat; T V, 41.

neglego: magna di curant, parva neglegunt; N II, 167. minora di neglegunt; N III, 86.

sentio: ut in fidibus musicorum aures vel minima sentiunt, sic ..; O I, 146.

2. antepono: nec ... contra officium est maius anteponi minori; O I, 32.

3. dispertio in: quas (res) in minima dispertiunt; A II, 42.

intellego ex: magna saepe intellegemus ex parvis; O I, 146.

sum in: videte, .. quam in parvo lis sit; A II, 83.

venio ad: ut .. ad minima veniam; F I, 32. ut ad minora veniam; F V, 7.

versor in: eos (viros) magna professos in parvis esse versatos; L I, 14.

III. contentus: quod parvo esset natura contenta; F II, 91. ſ. **contentus,** alqs parvo (3 St.) B. I, S. 527, b.

IV, 1. aestimare: ſ. **aestimo,** II. alqd minoris (3 St.) B. I, S. 104, a.

ducere: quia parvi id duceret; F II, 24.

esse: quae (pars) non minoris sit, quam nosmet ipsi sumus; N II, 32. parvi .. sunt foris arma, nisi est consilium domi; O I, 76.

facere: quam (voluptatem) unam virtus minimi facit; F II, 42.

vendere: vendo meum non pluris quam ceteri, fortasse etiam minoris; O III, 51. ut si minoris, quam potuisset, vendidisset; O III, 62.

2. consequi: consequatur summas voluptates non modo parvo, sed per me nihilo, si potest; F II, 92.

pasco, weiden, füttern, nähren, unterhalten, Viehzucht treiben: I. absolut: a quo (Catone) cum quaereretur, quid maxume in re familiari expediret, respondit: „bene pascere“; quid secundum: „satis bene pascere“; quid tertium: „male pascere“; O II, 89.

II. alqm: qui maleficio et scelere pascuntur; O II, 40.

aves: tum ille: DICITO SI PASCENTUR || PASCUNTUR ||. — PASCUNTUR. — quae aves? aut ubi? D II, 72. quae (aves) pascantur necne, quid refert? nihil ad auspicia; D II, 72.

bestias: nec ... sine hominum opera aut pascere eas (bestias) aut domare ... possemus; O II, 14.

capras: ut sues quasi caprae ex ramis glande pascantur; fr XII.

pullum: cum cavea liberati pulli non pascerentur; N II, 7. cum (pullus) pascitur; D I, 27. si ne postea quidem pulli pascerentur, quid faciendum censeret; D I, 77. cum (pulli) pascuntur; D II, 72.

sues: qui (Attus Navius) cum propter paupertatem sues puer pasceret; D I, 31. ſ. capras.

pascuus, zur Weide dienend: agri arvi et arbusti et pascui lati atque uberes definiebantur; R V, 3.

passer, Sperling: I. habet: quid simile habet passer annis? D II, 65.

II. notus: quae (voluptas) passeribus nota est omnibus; F II, 75.

III, 1. numerus: qui (Calchas) ex passerum numero belli Troiani annos auguratus est; D I, 72. quod apud Homerum Calchantem dixisti ex passerum numero belli Troiani annos auguratum; D II, 63.

2. auguratio ex: quae tandem ista auguratio est ex passeribus annorum potius quam aut mensuum || mensium, mensum || aut dierum? D II, 65.

passerculus, kleiner Sperling: cur .. de passerculis coniecturam facit, in quibus nullum erat monstrum, de dracone silet? D II, 65.

passim, weit und breit, überall: dispergo: „per .. agros passim dispergit corpus“; N III, 67.

vagor: quae est .. natura, quae volucris huc et illuc passim vagantis efficiat ut significent aliquid? D II, 80.

passus, Schritt: qui me ... deduxit .. in Academiam perpauculis passibus; L I, 54.

pastor, Hirt: I, 1. admiratur: ille apud Accium pastor, qui navem numquam ante vidisset, primo admirans et perterritus hoc modo loquitur; N II, 89.

alunt: cum ... pastores .. eum (Romulum) sustulissent et in agresti cultu laboreque aluissent; R II, 4.

appellit: »visust in somnis pastor || visum est ... pastorem || ad me appellere pecus lanigerum eximia pulchritudine«; D I, 44.

cernit, dubitat: dubitat (pastor) primo, quae sit ea natura, quam cernit ignotam, idemque ...: »† sicut inciti« ..; N II, 89.

loquitur: ſ. admiratur.

sunt: ut in fabulis ... retinent tamen caritatem in pastores, quos patres multos annos esse duxerunt || duxerint, dixerunt ||; Lae 70.

tollunt: ſ. alunt. — videt: ſ. admiratur.

videtur: ſ. appellit. — ohne Verb: ſ. cernit.

2. sum: erat .. (Gyges) regius pastor; O III, 38.

II, 1. praesum, 2. sum in: neque .. in pastoribus illis, quibus Romulus praefuit, ... haec calliditas esse potuit, ut ..; D I, 105.

III. concilium: (Gyges) in concilium se pastorum recepit; O III, 38.

IV. Fragment: cum adhibent in pecuda pastores; R IV, 1.

pastoralis, bei Hirten: ille Romuli auguratus pastoralis, non urbanus fuit nec fictus; D I, 107.

pastus, Fütterung, Futter, Nahrung, Fraß: I. abundant: quibus (bestiis) ipsa terra fundit ex sese pastus varios atque abundantes nihil laborantibus, nobis autem aut vix aut ne vix quidem suppetunt multo labore quaerentibus; F II, 111.

est: qui est unus suavissimus pastus animorum; T V, 66. pastum .. animantibus large et copiose natura eum, qui cuique aptus erat, comparavit; N II, 121.

suppetunt: ſ. abundant.

ohne Verb: qui pecudum pastus! quae vita silvestrium! N II, 99.

II, 1. anquiro: ut ... omnia ... anquirat et paret, ut pastum, ut latibula, ut alia generis eiusdem; O I, 11.

capesso: enumerare possum, ad eum pastum capessendum conficiendumque quae sit in figuris animantium ... discriptio partium; N II, 121. ut altero (appetitu beluae) conatum haberent ad naturales pastus capessendos; N II, 122.

cerno: cernes ... pecudum pastus, tum incredibili cursus maritimos celeritate; N II, 161.

comparo: ſ. I. est; N II, 121. — conficio: ſ. capesso; N II, 121. — fundo, quaero: ſ. I. abundant. — paro: ſ. anquiro.

2. indigeo: non eisdem vobis placet omnem ignem pastus indigere? N III, 37.

3. utor: quod (Arabes, Phryges, Cilices) pastu pecudum maxume utuntur campos et montes hieme et aestate peragrantes; D I, 94.

4. abicio ad: quom ceteras animantes (natura) abiecisset ad pastum; L I, 26.

accedo ad: alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt, alia volando, alia nando; N II, 122.

orior ad: ut tardam aliquam ... pecudem ad pastum ... hoc divinum animal ortum esse voluerunt; F II, 40.

permaneo sine: quia nullus ignis sine pastu aliquo posset || possit || permanere; N II, 40.

refero ad: »rursum taetros avida (Iovis satelles) se ad pastus refert«; T II, 24.

III. aditus ad: quia (elephantus) propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebat ad pastum; N II, 123 (122).

IV, 1. dilaniare: »me ... aduncis lacerans unguibus Iovis satelles pastu dilaniat fero«; T II, 24.

laetus: res rusticae laetae sunt ... pecudum pastu, apium examinibus; C 54.

obstupefieri: illa (pars animi) ... cum sit inmoderato obstupefacta || extumefacta, al. || potu atque pastu; D I, 60.

2. in: ut (bestiae) in pastu circumspectent; N II, 126.

patefacio, öffnen, ſichtbar, zugänglich machen, entdecken, ans Licht bringen: I. inbtr. Frage: nullo in genere disputando † honesta || si ullo in genere disputandi, in hoc ista, al. || patefieri, quid sit ... tributum; L I, 16.

II. alqd: se (naturam) aliquid patefacturam, quod non appareat; A II, 44. quia possit fieri, ut patefacta et detecta mutentur; A II, 122. qui (medici) ista aperta et patefacta viderunt; T I, 46. Antipatro omnia patefacienda (videntur); O III, 51. ſ. I.

aditum: quo cum patefactus esset aditus; T V, 66.

aures: cavendum est, ne assentatoribus patefaciamus auris; O I, 91. ita fit, ut is adsentatoribus patefaciat aures suas maxime, qui ..; Lae 97.

deum: cur (deus) se contra naturam in terram abdiderat || abdiderit, abdidit ||, ut patefactus aratro lucem aspiceret? D II, 51.

fauces: aliquo tempore patefactis terrae faucibus; N II, 95.

iter: in ea parte oris, qua esculentis et potulentis iter natura patefecit; N II, 141.

locum: patefactus .. locus est ipse; O I, 160.

philosophiam: neque ante philosophiam patefactam ... hac de re communis vita dubitavit; D I, 86.

rem: cauponem || cop. || re patefacta poenas dedisse; D I, 57.

sententiam: quoniam utrique patefacta atque explicata | explicita | sententia sua ad eundem exitum veniant; Fa 44.

terram: cum .. autumno terra se ad concipiendas fruges patefecerit; R IV, 1.

verum: si modo id (verum) patefactum et inlustratum est; Lae 97.

patefactio, Enthüllung: haec patefactio quasi rerum opertarum ... definitio est; F II, 5.

patella, Opferſchale: reperiemus asotos .. ita non-religiosos, ut „edint de patella“; F II, 22.

pateo, offen ſtehen, zugänglich, ſichtbar, offenbar ſein, ſich erſtrecken, Anwendung finden: I, 1. ut: ſ. II. lex.

2. acc. c. inf.: cum pateat .. aeternum id esse, quod se ipsum moveat; T I, 54. a se ipso moveatur; R VI, 28. patere .. rationem meam cum tua ratione contendere; N III, 10.

II. alqd: nec (est) quod latius pateat quam coniunctio inter homines hominum; F V, 65. tum denique, quam hoc late pateat, intelleges; T I, 29. hoc late patebit; Fa 6. id iam patebit; L I, 28. quibus (dis) omnia deberent esse patentia ac libera; L II, 26. id .. late patet; L III, 41. latissime patere videntur ea; O I, 4. id latius patet; O I, 26. quo minus multa patent in eorum (philosophorum) vita, quae fortuna feriat; O I, 73. quod .. latissume patet; O II, 24. exempli causa ponatur aliquid, quod pateat latius; O III, 19.

aditus: huc tibi aditus patere non potest; R VI, 15.

administratio: quod earum (rerum publicarum) administratio latissime pateat ad plurimosque pertineat; O I, 92.

avaritia: in quo vitio latissime patet avaritia; O I, 24.

auditus: auditus .. semper patet; N II, 144.
beneficia: hominis ... multorum causas et non gravate et gratuito defendentis beneficia et patrocinia late patent; O II, 66.
benignitas: quin illa benignitas ... et latius pateat et possit prodesse pluribus; O II, 54.
caelum: cum (Assyrii) caelum ex omni parte patens atque apertum intuerentur; D I, 2.
campi: Aegyptii et Babylonii in camporum patentium aequoribus habitantes; D I, 98.
clades: »clades patriae ... vocibus Allobrogum patribus populoque patebat«; D I, 21.
coniunctio: ſ. alqd; F V, 65.
cursus: nec .. omnibus ... eundem cursum in caelum patere; fr IX, 12.
dictum: hoc dictum in una re latissime patet; F II, 52.
domus: est ... valde decorum patere domus hominum inlustrium hospitibus inlustribus; O II, 64.
foramina: quae (foramina) patent ad animum a corpore; T I, 47.
fores: »adveniens digito impellam ianuam, fores patebunt«; T IV, 67.
industria: quorum (adulescentium) .. in re publica late patere poterit industria; D II, 5.
insania: quae (insania) iuncta stultitia patet latius; T III, 11.
iter: si simplex et derectum || dir. ‖ (iter) pateret; N II, 144.
lex: praeclara ... ista lex, sed et late patet, ut vitio careat ordo, et || [† et laterat ... et] || censorem quaerit || quaerat || interpretem; L III, 28.
licentia: qui existumant lubidinum peccatorumque omnium patere in amicitia licentiam; Lae 83.
limes: siquidem bene meritis de patria quasi limes ad caeli aditum patet; R VI, 26.
locus: ut ... nullum philosophiae locum esse pateremur, qui non Latinis litteris inlustratus pateret; D II, 4. de sacris .., qui locus patet latius; L II, 47.
nares: quae (nares) semper propter necessarias utilitates patent; N II, 145.
natura: naturam omnem appetendarum rerum ita late patere, ut ..; F IV, 42.
nomen: hoc nomen beati longe et late patet; T V, 85. quod nomen patuit postea latius; N II, 72.
officia: ea (officia) communia sunt et late patent; O III, 14.
patrocinia: ſ. beneficia.
porta: »mi soli caeli maxima porta patet«; R fr 6. Herculi eadem ista porta patuit; R fr 6.
praeceptum: hoc praeceptum, quod de dolore datur, patet latius; T II, 58.
proclivitas: haec aliorum ad alios morbos proclivitas late patet; T IV, 27 (28).
ratio: haec ratio late patet; F I, 36. de tribus .. reliquis latissime patet ea ratio; O I, 20.
reditus: iis (animis) ad illos (deos), a quibus essent profecti, reditum facilem patere; T I, 72. iis .. (animis) reditum in caelum patere, optimoque et iustissimo cuique expeditissimum; Lae 13.
res: nec ita reseranda (res est familiaris), ut pateat omnibus; O II, 55.
societas: latissime .. patens hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes societas haec est; O I, 51. societas est, ... latissime quidem quae pateat, omnium inter omnes; O III, 69.
via: non omnibus patere ad se (deum) placandum et colendum viam; L II, 25.

pater, Vater, Senator, Vorfahren: I. **abſolut:** 1. **Subject:** accipit: Aemilia Paulo Persam perisse, quod pater omen accepit; D II, 83.
adfert: nihil .. adfert pater iste Stoicorum, quare ..; N III, 23.
agit: hic (pater) fere aetatem egit in litteris; L II, 3. si pater fana expilet, cuniculos agat ad aerarium, indicetne ... filius? O III, 90. nihil (agebat) L. Paulus, pater tuus? C 15.
ait: hoc ne statuam quidem dicturam pater aiebat, si loqui posset; F I, 39.
amat: »qui (pater) te nec amet nec studeat tui«; N III, 72. »Eurydica prognata, pater quam noster amavit«; D I, 40.
approbat: quod pater familias in eius donatione, qui in ipsius potestate est, adprobavit, ratum est; quod eo insciente factum est, si id is non adprobat, ratum non est; L II, 50.
appropinquat: »postquam || posquam || pater adpropinquat iamque paene ut conprehendatur parat«; N III, 67.
compellat: »exin compellare pater me voce videtur his verbis«; D I, 41.
comperit: ſ. dicit; R II, 60.
complectitur: ille (Paulus pater) .. me complexus atque osculans flere prohibebat; R VI, 14.
conatur: quinta (Minerva) Pallantis, quae patrem dicitur interemisse virginitatem suam violare conantem; N III, 59. si patriam prodere conabitur pater, silebitne filius? O III, 90. aut patrem tuum Paulum aut duos avos, Paulum et Africanum, aut Africani patrem aut patruum ... tanta esse conatos, ... nisi ..; C 82.
dat: »nec (pater) sese dedit in conspectum corde cupitus«; D I, 41.
decertat: non cum Latinis decertans pater Decius, cum Etruscis filius, cum Pyrrho nepos se hostium telis obiecissent; T I, 89.
delinquit: ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut avus deliquisset; N III, 90.
dicit: quam .. (sententiam) ille (pater) Carneadeam esse dicebat; A II, 148. cum pater (Sp. Cassium) in ea culpa esse conperisse se dixisset; R II, 60. M. Cato sententiam dixit, huius nostri Catonis pater; O III, 66.
diligit: Q. Catulus, huius collegae et familiaris nostri pater, dilexit municipem tuum Roscium; N I, 79.
effatur: »haec ecfatus pater .. repente recessit«; D I, 41.
est: nisi forte censes Ti. Gracchum patrem *non* beatiorem fuisse quam filium; F IV, 65. patrem .. eius (Saturni) Caelum esse deum confitendum est; N III, 44. facilem et liberalem patrem incommodum esse amanti filio; N III, 73. cum in omnibus fanis pater inberbis esset; N III, 83. cum pater in Macedonia consul esset; R I, 23. regem alienigenam patribus auctoribus sibi ipse populus adscivit; R II, 25. qui (pater) quom esset infirma valetudine; L II, 3. qui (Timotheus) cum belli laude non inferior fuisset quam pater; O I, 116.
expilat: ſ. agit; O III, 90.
facit: (filius) obsecrabit patrem, ne id faciat; O III, 90.
fugit: Damaratus .., Tarquinii nostri regis pater, ... fugit Tarquinios Corintho; T V, 109.
gerunt: quem ad modum nostro more male rem gerentibus patribus bonis interdici solet, sic ..; C 22.
habet: patrem eius (P. Scipionis Nasicae) ... nullam comitatem habuisse sermonis; O I, 109.
inicit: »pater altitonans stellanti nixus Olympo ipse suos quondam tumulos ac templa petivit et Capitolinis iniecit sedibus ignis«; D I, 19. II, 45.
inridet: ſ. II, 5. audio a.
intonat: »partibus intonuit caeli pater ipse sinistris«; D I, 106.
iuvat: ſ. II, 1. dico.

lustrat: »tales sunt hominum mentes, quali pater ipse Iuppiter auctiferas lustravit lumine terras«; Fa, fr 8.

metuit: ut pater filium metuat, filius patrem neglegat; R I, 67.

mittit: »quod mihi portento caelestum pater prodigium misit«; N III, 68.

nititur: ſ. inicit. — obicit: ſ. decertat.

osculatur: ſ. complectitur.

parat: ſ. appropinquat.

parent: si huic legi paruerint ipsi patres || [patres] ||; L II, 26.

pellunt: quo illi (patres) a se invidiam interitus Romuli pellerent; R II, 20.

petit: ſ. inicit.

potiuntur: cum patres rerum potirentur, numquam constitisse civitatis statum; R I, 49.

praestant: quorum .. patres aut maiores aliqua gloria praestiterunt; O I, 116.

produnt: »olli .. (patres) ec se produnto, qui comitiatu creare consules rite possint«; L III, 9. »ei .. (agendi ius esto), quem patres prodent || produnt || consulum rogandorum ergo«; L III, 10. ſ. conatur; O III, 90.

prohibet: ſ. complectitur.

recedit: ſ. effatur.

refert: pater .. Roscii ad haruspices rettulit; D I, 79.

relinquunt: quam (rem publicam) patres nostri nobis acceptam iam inde a maioribus reliquerunt; R I, 70.

sequitur: ſ. II, 1. tardo.

studet: ſ. amat; N III, 72.

venit: quod in eam (Samum) pater eius (Epicuri) Neocles agripeta venerat; N I, 72. quin tu aspicis ad te venientem Paulum patrem? R VI, 14.

videtur: ſ. compellat.

violat: ſ. conatur; N III, 59.

vivit: quaesivi .. viveretne ipse et Paulus pater; R VI, 14. ego vestros patres, ... viros clarissimos mihique amicissimos, vivere arbitror; C 77.

abl. abs.: imperatore .. patre Hannibalis Hamilcare; O III, 99. ſ. approbat.

ohne Verb: cum dissolutus filius: »heu me miserum«! tum severus pater: »dum modo ..;« T IV, 45. quorum patres di, non erunt in deorum numero? quid, quorum matres? opinor, etiam magis; N III, 45.

2. Prädicat: sum: »quidquid est hoc, omnia ... sepelit recipitque in sese omnia omniumque idemst pater«; D I, 131. quos (pastores) patres multos annos esse duxerunt || duxerint, dixerunt ||; Lae 70.

3. Vocativ: »o pater, o patria, o Priami domus!« T III, 44. »laetus sum laudari me abs te, pater, a laudato viro«; T IV, 67. „mi pater", inquit, „Persa periit"; D I, 103. »o pater, o genitor, o sanguen dis oriundum!« R I, 64. quaeso, inquam, pater sanctissime atque optime, ... quid moror in terris? R VI, 15.

II. nach Verben: 1. Accuſativ: adficio: mercedem gloriae flagitat ab iis, quorum patres adfecerat gloria; T I, 34.

appello: ne reges quidem (appellabant eos), sed patriae custodes, sed patres, sed || et || deos; R I, 64. qui (principes) appellati sunt propter caritatem patres; R II, 14. antiquos patres maiorum gentium appellavit, ... a se adscitos minorum; R II, 35.

arguo: (filius) defendat patrem, si arguatur; O III, 90.

ascisco: ſ. appello; R II, 35.

aspicio: ſ. I, 1. venit; R VI, 14.

colo: equidem efferor studio patres vestros, quos colui et dilexi, videndi; C 83.

conscribo: quom (Scipio) senatu dimisso domum reductus ... est a patribus conscriptis, populo Romano, sociis et Latinis; Lae 12.

cupio: ſ. I, 1. dat. — defendo: ſ. arguo.

dico: ipse Iuppiter, id est „iuvans pater," ... a poëtis „pater divomque || divumque || hominumque" dicitur; N II, 64.

diligo: ſ. colo. — eviscero: ſ. IV, 1. corpus.

facio: ob eius .. mulieris memoriam primo anno et vir et pater eius consul est factus; F II, 66. nisi (Pomponius) ius iurandum sibi dedisset se patrem missum esse facturum; O III, 112.

fallo: »quem (patrem) neque quo pacto fallam ... scio«; N III, 73.

fugio: eadem Medea patrem patriamque fugiens; N III, 67.

habeo: qui (rex) ... idem .. et rex et pater haberetur omnium; R I, 56.

ignoro: siquidem istius regis matrem habemus, ignoramus patrem; R II, 33.

imitor: imitatus patrem Africanus nihilo locupletior Carthagine || Karth. || eversa; O II, 76.

immitto: quae (vis) patrem Decium, quae filium devota vita inmisit in armatas hostium copias? P 12.

interimo: cum (Hercules) uxorem interemebat, cum conabatur etiam patrem; A II, 89. ſ. I, 1. conatur; N III, 59.

interficio: nullis in rerum natura causis praepositis, cur ab eo (Oedipode) patrem interfici necesse esset; Fa 33.

invoco: illum ..., ut idem Ennius, »patrem divumque hominumque« (invocant); N II, 4.

lego: ut iam || etiam, al. || Romulum patribus lectis fecisse diximus; R II, 50.

mitto: ſ. facio; O III, 112.

neco: nihilne .. interest, ... patrem quis necet anne servum? P 24.

neglego: ſ. I, 1. metuit.

nomino: qui (Plato) in Timaeo patrem huius mundi nominari neget posse; N I, 30. quibus (optimatibus) ipse rex tantum tribuisset, ut eos patres vellet nominari patriciosque eorum liberos; R II, 23.

nosco: equidem non modo eos novi, qui sunt, sed eorum patres etiam et avos; C 21.

obsecro: ſ. I, 1. facit.

percello: »quo facto pater rex ipse Priamus somnio mentis || mentem || metu perculsus«; D I, 42.

privo: patrem vita privare si per se scelus est, Saguntini ... parricidae fuerunt; P 24.

rogo: quos (patres) priores sententiam rogabat; R II, 35.

sequor: ignoturum alteri, quod patrem, alteri, quod tutorem secutus esset; fr VI, 15.

tardo: »illum (patrem) ut maeror tardaret sequi«; N III, 67.

trado: tertiae (Dianae) pater Upis traditur, Glauce mater; N III, 58.

video: quem (Paulum patrem) ut vidi; R VI, 14. ſ. colo.

voco: »quamquam (patrem) ... blanda voce vocabam«; D I, 41.

2. Genetiv: pudet: »virgines vereor aequalis, patris mei meum factum pudet, optumi viri«; D I, 66.

sum: »auspicia patrum sunto«; L III, 9.

3. Dativ: committo: non commisit se patribus; R II, 38.

dedico: terrena .. vis omnis atque natura Diti patri dedicata est; N II, 66.

dico: ea (Medea) .. apud alium poëtam patri dicere audet se »coniugem« habuisse ..; T IV, 69.

eripio: qui (puer) .., ut impio dignum fuit, patribus omnem honorem eripuit; L III, 19.

exhibeo: quod cum audivisset adulescens filius, negotium exhiberi patri; O III, 112.

opus est: ut bono patri familias colendi, aedificandi, ratiocinandi quidam usus opus est; R V, 4.

pateo: »clades patriae ... vocibus Allobrogum patribus populoque patebat«; D I, 21.

probo: ſ. III, 2. carus.

respondeo: ut (Lucullus) ita erudiatur, ut et patri et Caepioni nostro ... respondeat; F III, 8.

sum: si (Crassi filia) unica patri esset; R III, 17. ſ. IV, 2.

usurpo: »o nate! vere hoc nomen usurpa patri«; T II, 20.

4. **Ablativ**: nascor: Circe .. et Pasiphaë et Aeeta e Perseide, Oceani filia, nati, patre Sole; N III, 48. alterum (Iovem natum) patre Aethere, ... alterum patre Caelo, ... tertium Cretensem, Saturni filium; N III, 53. Mercurius unus Caelo patre, Die matre natus, ... quartus Nilo patre; N III, 56. tertium (Dionysum) Cabiro patre (natum); N III, 58. qui (Romulus) patre Marte natus; R II, 4.

5. **mit Präpoſitionen**: accipio a: ſ. **a**, I. accipio a patre (9 St.) B. I, S. 2, b.

adfero contra: qui (Pomponius) illum (filium) iratum allaturum ad se aliquid contra patrem arbitraretur; O III, 112.

ago cum: »cum populo patribusque agendi ius esto consuli, praetori, magistro populi equitumque;« L III, 10. »tribunis ... ius esto cum patribus agendi;« L III, 10.

audio a: ut a patre audiebam facete et urbane Stoicos irridente; F I, 39. — de: *C.* Fimbriam consularem audiebam de patre nostro puer iudicem M. Lutatio Pinthiae fuisse; O III, 77. — e: ut e patre audiebam; N II, 11. ut e patre audivi; N II, 14. „saepe", inquit Publii filius, „ex patre audivi pontificem bonum neminem esse, nisi qui ius civile cognosset"; L II, 47.

commolior ad: »nec quem dolum ad eum (patrem) aut machinam commoliar, scio quicquam«; N III, 73.

habeo a: nec ob eam causam eos beneficium a patribus nullum habere; N III, 70. cum (Theseus) ter optandi a Neptuno patre habuisset potestatem; N III, 76. habes a patre munus, Marce fili, mea quidem sententia magnum; O III, 121.

habito cum: ibi .. adulescens habitabat (Epicurus) cum patre et fratribus; N I, 72.

loquor cum: haec cum C. Pontio Samnite, patre eius, a quo Caudino proelio Sp. Postumius, T. Veturius consules superati sunt, locutum Archytam; C 41.

nego de: si hi fratres sunt in numero deorum, num de patre eorum Saturno negari potest? N III, 44.

nomino ex: ut .. ceteri ex patribus, sic hic ... ex filio est nominandus; O III, 66.

refero ad: quem (consulatum) cum ad patrem tuum rettulisses, fortissimum virum; F II, 62.

scribo ad: pluribus verbis scripsit ad patrem tuum M. Iunius sodalis; L III, 49.

sum apud: quamquam et apud Herodotum, patrem historiae, et apud Theopompum sunt innumerabiles fabulae; L I, 5.

sumo a: »a parco patre quod sumas, quanto dissipes libentius«! N III, 73.

video in: quod in Catulo, et in patre et in filio, itemque ‖ idemque ‖ in Q. Mucio † Mancia ‖ Mucio Mancia ‖ vidimus; O I, 109.

III. **nach Adjectiven**: 1. **Genetiv**: similis: Africani fratris nepos, facie vel patris, vita omnium perditorum ita similis, ut esset facile deterrimus; T I, 81. sic homines patrum similes extitisse? N I, 91. ut superioris filius Africani ... propter infirmitatem valetudinis non tam potuit patris similis esse, quam ille fuerat sui; O I, 121. ſ. 2. similis.

2. **Dativ**: carus: quod et ipse hominem diligebam et in primis patri meo Paulo probatum et carum fuisse cognoveram; R I, 23.

similis: non video, cur non potuerit patri ‖ patris ‖ similis esse filius; F V, 12.

suspectus: cum is (Hippolytus) patri suspectus esset de noverca; O III, 94.

3. **mit Präpoſition**: perindulgens in: qui (vir) perindulgens in patrem, idem acerbe severus in filium; O III, 112.

IV. **nach Subſtantiven**: 1. **Genetiv**: auctoritas: eo (Tatio) interfecto multo etiam magis Romulus patrum auctoritate consilioque regnavit; R II, 14. populi comitia ne essent rata, nisi ea patrum adprobavisset auctoritas; R II, 56.

barba, capillus: regiae virgines ut tonstriculae tondebant barbam et capillum patris; T V, 58.

commoditas: »ita omnes meos dolos, fallacias, praestrigias ‖ praestigias ‖ praestrinxit commoditas patris«; N III, 73.

consilium: cum ... caerimoniae, comitia, provocationes, patrum consilium (esset constitutum); T IV, 1. ſ. auctoritas; R II, 14.

corpus: »accede, nate, adsiste, miserandum aspice eviscerato ‖ eviscerati ‖ corpus laceratum patris!« T II, 21.

currus: optavit (Phaëthon), ut in currum patris tolleretur; O III, 94.

diligentia: ut me sic audiatis, ... ut unum e togatis patris diligentia non inliberaliter institutum; R I, 36.

dominatio: et a regum et a patrum dominatione solere in libertatem rem populi vindicari; R I, 48.

domus: non video, quo pacto ille ... „in domum aeternam patris" ex illo ardore pervenerit; N III, 41. qui ... eam .. (custodem urbis) ex nostra domo in ipsius patris domum detulisse: L II, 42. ſ. regnum.

facta: »hic (Ennius) vestrum panxit maxima facta patrum«; T I, 34.

familiaris: † mori videbamus ‖ videbamur ‖ in studio dimetiendi paene caeli atque terrae C. Galum, familiarem patris tui, Scipio; C 49.

frater: facetiis Caesar, Catuli patris frater, vicit omnes; O I, 133.

imperia: sic regum, sic imperatorum, sic magistratuum, sic patrum, sic populorum imperia civibus sociisque praesunt ut corporibus animus: R III, 37.

impulsus: qui (Proculus Iulius) impulsu patrum ... in contione dixisse fertur a se visum esse ... R II, 20.

iudicium: cui .. (Catoni) vel patris studiosum iudicio vel etiam meo studio me totum ab adulescentia dedidi; R II, 1.

lux: illum filium Solis nonne patris ipsius lux indignum putas? T III, 26.

memoria: (di) singulos diligunt, ut ... patrum .. memoria Scipionem, Laelium; N II, 153. M. Manilius patrum nostrorum memoria ... pauper tandem fuit? ‖ fuit; ‖ P 50.

mors: ne morte patris familias sacrorum memoria occideret, iis essent ‖ † est ‖ ea adimuntur ad quos eiusdem morte pecunia venerit [ut venerit] ‖; L II, 48.

numerus: principio duplicavit illum praeclarum patrum numerum; R II, 35.

pestes: »perge, aude, nate, inlacrima patris pestibus!« T II, 21.
potestas: ſ. I, 1. approbat.
promissum: quanto melius fuerat in hoc (Phaëthonte) promissum patris non esse servatum! O III, 94.
querella: hac recenti querella Lucretiae patris ac propinquorum; R II, 46.
regnum: quo ostento regnum patris et domum funditus concidisse; D I, 121.
ritus: »ritus familiae patrumque servanto;« L II, 19. ritus familiae patrumque servare id est ... a dis quasi traditam religionem tueri; L II, 27.
salus: patriae salutem (filius) anteponet saluti patris; O III, 90.
sedes: »si solis ad ortum conversa (Iovis species) inde patrum sedes populique videret;« D I, 20.
sententia: ad patris revolvor sententiam; A II, 148.
studium: hanc vides villam ... lautius aedificatam patris nostri studio; L II, 3.
vestigia: a pueritia vestigiis ingressus patris et tuis; R VI, 26.
vita: quod ... in patris vita violanda multa peccantur; P 25.
votum: votum patris Capitolii aedificatione persolvit; R II, 44.
2. mit Präpoſition: connubia cum: haec (connubia) .. ut ne plebei cum || plebi et || patribus essent; R II, 63.
V. Umſtand: 1. Ablativ: procreari: quae (Medea) ... Aeeta patre, matre Idyia procreata est; N III, 48.
abl. comp.: »qui (Amor) plus pollet potiorque est patre«; T IV, 69.
2. Präpoſitionen: a: concessa plebei || plebi, al. || a patribus ista potestate arma ceciderunt; L III, 24. duobus anguibus domi conprehensis haruspices a patre convocatos; D II, 62. ego .. a patre ita eram deductus ad Scaevolam sumpta virili toga, ut ..; Lae 1. quae heri Catulus commemoravit a patre suo dicta Philoni; A II, 12. reduci: ſ. II, 1. conscribo. ut (Philo) est reprehensus a patre Catulo; A II, 18. optuma .. hereditas a patribus traditur liberis ... gloria virtutis; O I, 121.
apud: qui ... eos .. (peregrinos) exterminant, ut Pennus apud patres nostros, Papius nuper; O III, 47. scimus L. Acilium apud patres nostros appellatum esse sapientem; Lae 6.
in: »quae cum populo quaeque in patribus agentur, modica sunto«; L III, 10. *quae cum populo;* L III, 40. quod est multo profecto magis in veris patribus certisque faciendum; Lae 70.

patera, Schale, Opferſchale: I. sunt: a Numa Pompilio minusne gratas dis inmortalibus capudines ac fictiles urnulas fuisse quam felicatas Saliorum || aliorum || pateras arbitramur? P 11.
II, 1. refero: is quaestione adhibita confessus est pateramque rettulit; D I, 54.
subripio: cum ex aede Herculis patera aurea gravis subrepta esset; D I, 54.
sustineo, tollo: idem (Dionysius) Victoriolas aureas et pateras coronasque, quae simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat; N III, 84.
teneo: ex iis (simulacris deorum) Mercurium e patera, quam dextera manu teneret, sanguinem visum esse fundere; D I, 46.
2. fundo e: ſ. 1. teneo.

paternus, väterlich: genus: * in ipsius paterno genere fuit noster ille amicus; R I, 80.
inimicitiae: ut .. (L. Lucullus) admodum adulescens ... paternas inimicitias magna cum gloria est persecutus; A II, 1.
magnitudo: ad paternam .. magnitudinem animi doctrina uberior accesserat; C 85.
nomen: eam (Dianam) saepe Graeci Upim paterno nomine appellant; N III, 58.

patibilis, erträglich, mit Empfindung begabt: dolores, labores: patibiles et dolores et labores putandi; T IV, 51.
natura: cum .. omne animal patibilem naturam habeat; N III, 29.

patiens, erduldend, ertragend, geduldig: alqs: quo in genere versutissimum et patientissimum Lacedaemonium Lysandrum accepimus; O I, 109.
adfectio: animi adfectio .. in adeundo periculo et in labore ac dolore patiens; T V, 41.
pauperes: de paupertate agitur, multi patientes pauperes commemorantur; T III, 57.
vir: num .. fortem virum, num magno animo, num patientem ... potes dicere .. Philoctetam? T II, 33. virorum esse fortium et magnanimorum et patientium et humana vincentium toleranter dolorem pati; T II, 43.

patienter, geduldig: ut .. proprium est verae amicitiae .. alterum libere facere, non aspere, alterum patienter accipere, non repugnanter; Lae 91.

patientia, Ertragung, Ausdauer, Nachſicht, Geduld: I, 1. adlicit: nec patientia nec assiduitas (per se ipsa allicit); F I, 49.
est: eum (dolorem) opprimi dico patientia, si modo est aliqua patientia; si nulla est, quid exornamus philosophiam? T II, 33.
parit: ſ. II, 1. laudo.
praebet: ut haec patientia dolorum ... in omni genere se aequabilem praebeat; T II, 65.
ohne Verb: magnitudo animi, patientia laborum, mortis dolorumque contemptio; fr V, 67.
II, 1. debilito: is (dolor) fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam se debilitaturum minatur; T V, 76.
firmo: quam (patientiam dolorum) saepe iam animi intentione dixi esse firmandam; T II, 65.
laudo, opto: nec timiditatem ignaviamque vituperari nec fortitudinem patientiamque laudari suo nomine, sed ... has optari, quia voluptatem (pariant); F I, 49.
praebeo: ſ. I. praebet.
prosequor: (vita beata) fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam prosecuta; T V, 80.
video: cum videat me et meos comites, fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam, constantiam; fr V, 64.
2. respondeo: fortitudini comitibusque eius, magnitudini animi, gravitati, patientiae ... quo modo respondebis? T II, 32.
3. exerceo in: haec aetas ... exercenda .. (est) in labore patientiaque et animi et corporis; O I, 122.
III. dignus: haec cogitatio, quid patientia, quid fortitudine, quid magnitudine animi dignissimum sit; T II, 53.
IV. fomenta: virtutis, magnitudinis animi, patientiae, fortitudinis fomentis dolor mitigari solet; F II, 95.
rationes: excitaret (sapiens) omnes rationes fortitudinis ac patientiae; F IV, 31.
V. indicari: id .. indicatur eorum patientia, qui ..; T III, 67.

mollire: hic (Q. Maximus) ... Hannibalem iuveniliter exultantem patientia sua molliebat; C 10.

opprimi: ſ. I. est.

VI. Lücke: numquam viri fortissimi fortitudinis, inpigritatis, patientiae *; R III, 40.

patior, dulden, erdulden, erleiden, zulaſſen, laſſen, zugeben (patiunto ſ. II, 2, a. L III, 11): I. **abſolut:** 1. **unperſönlich:** a. levo ad: dolore ad patiendum levato; T IV, 82.

b. difficilis ad: res est ... ad patiendum tolerandumque difficilis; T II, 18.

c. consuetudo, exercitatio: nec ... sibi .. comparavit ... exercitationem consuetudinemque patiendi; T V, 74.

partes, vis: reliqua || reliquae || partes accipiendi et quasi patiendi (|| vim || habent), aquam dico et terram; A I, 26.

d, α. efferre: »quod (malum) non natura humana patiendo eoferat«; T IV, 63.

β. in: (fortitudo est) adfectio animi in patiendo ac perferendo summae legi parens sine timore; T IV, 53.

2. **perſönlich** (vgl. **patiens**): alqs: si .. requietem natura non quaereret ..., facile pateremur; F V, 54. nec .. quisquam fuit, qui eum, qui ita pateretur, non laudandum putaret; T II, 43. Cleophontem, Hyperbolum (comoedia) laesit. patiamur; R IV, 11.

animus: „animus .. aeger ... semper erat neque pati || † pati, poti || neque perpeti potest"; T III, 5.

consuetudo: numquam comoediae, nisi consuetudo vitae pateretur, probare sua theatris flagitia potuissent; R IV, 11.

natura: ſ. **natura**, I, 1. patitur; A II, 134. T II, 46. Ti 9 (W. II, S. 637, b).

populus: cum summa esset auctoritas in senatu populo patiente atque parente; R II, 61.

res: qui benigniores volunt esse, quam res patitur; O I, 44.

sapiens: exspectas fortasse, dum dicat: „(sapiens) patietur, perferet, non succumbet"; T II, 17.

II. **mit Ergänzung:** 1. **ut:** cur id potius contenditis, quod rerum natura non patitur, ut ... sit? A II, 54. neque .. natura pateretur, ut ... maneret; R III, 40. illud natura non patitur, ut ... augeamus; O III, 22. is pati non possit, ut non anquirat aliquem, apud quem ..; Lae 87.

2. **accus. c. infin.:** a. **vollſtändiger Infinitiv:** an pateretur hoc Zeuxis aut Phidias aut Polyclitus, nihil se scire? A II, 146. ut neque divinum numen horreat nec praeteritas voluptates effluere patiatur; F I, 41. equidem illud ipsum non nimium probo et tantum patior, philosophum loqui ..; F II, 27. »videre quod me || sum || passa aegerrume«; T I, 105. ut ... nos ipsos redargui refellique patiamur; T II, 5. ea (prudentia) patieturne te quicquam facere nihil proficientem? T II, 31. uri se patiuntur Indi || patiuntur. inde, patiuntur ||; T II, 40. qui curari se passi sint; T III, 5. quae (temperantia) te turpiter ... facere nihil patietur; T III, 36. nec pati (aegritudinem) manare longius; T III, 75. qua (oratione) medeantur animis nec eos turbulentos esse patiantur; T IV, 9. patiamur nos sanari; T IV, 84. qui (homines) ... non patiuntur eam (terram) nec inmanitate beluarum efferari nec ..; N II, 99. cur (mens divina) tam multos deos ... cessare patitur? N III, 93. ut ... mortem suam ne inultam esse pateretur; D I, 57. neque (se) esse passum te excitari; D I, 59. ut ... nullum philosophiae locum esse pateremur, qui non ..; D II, 4. quem (regem) Romae posthac nec di nec homines esse patientur; D II, 112. ne pareant inprobis neve ab isdem lacerari rem publicam patiantur; R I, 9. neque hunc ... his tam periculosis rebus subvenire patiuntur; R I, 31. subsiciva quaedam tempora incurrunt, quae ego perire non patior; L I, 9. qui illam custodem urbis ... violari ab impiis passi non sumus; L II, 42. »rem populum docento, doceri a magistratibus privatisque patiunto;« L III, 11. ut eos, quos tutari debeant, desertos esse patiantur; O I, 28. [si eum (filium) patitur in exercitu remanere]; O I, 36. pati ab igne ignem capere; O I, 52. ut neque disceptatione vinci se ... patiantur; O I, 64. non essem passus diutius eos (Romanos) imperare; O II, 75. nec eam solitudinem languere patior; O III, 3. emptorem det manus vincique se patiatur; Lae 99. ſ. **facile**, I. patior (9 St.) W. II, S. 4, b.

b. **Particip:** ut ad eas (virtutes) cursim perrectura nec eas beata vita a se desertas passura videatur; T V, 13.

III. **mit Object:** alqd: id facilius paterer; F II, 20. dicitur ... carere, cum aliquid non habeas et non habere te sentius, etiamsi id facile patiare; T I, 88. veremur, ut hoc, quod a tam multis ... perferatur, natura patiatur? illa vero non modo patitur, verum etiam postulat; T II, 46. omitto, quae perferant quaeque patiantur ambitiosi honoris causa; T V, 79. accipiendi aliquid extrinsecus, id est quasi ferendi et patiendi, necessitatem; N III, 29. quam multa passus est Ulixes in illo errore diuturno; O I, 113. patitur (hoc) consuetudo, fert etiam humanitas; O II, 51. (Regulus) sibi honestum et sentire illa et pati credidit; O III, 110. cum ipse (mundus) per se et a se et pateretur et faceret omnia; Ti 18. ſ. II, 1. A II, 54. O III, 22. — 2, a. A II, 146. F II, 27.

castitatem: ut sentiant mulieres naturam || in naturam || feminarum omnem castitatem pati; L II, 29.

cursus: bestiae ... non montivagos atque silvestris cursus lustrationesque patiuntur? T V, 79.

dolores: si dolores eosdem tolerabilius patiuntur ... quam qui ..; F III, 42. cum (Panaetius) ad Q. Tuberonem de dolore patiendo scriberet; F IV, 23. me ... fortiorem .. in patiendo dolore (fore), ... si ..; F IV, 72. virorum esse fortium et ... patientium ... toleranter dolorem pati; T II, 43.

famem, frigus: bestiae non frigus, non famem ... patiuntur? T V, 79.

humana: cum .. eorum gravitatem constantiamque laudamus, qui non turbulente humana patiantur; T IV, 60.

iniuriam: secundum (est) nec facere nec pati (iniuriam); R III, 23. ut is in culpa sit, qui faciat, non, qui patiatur iniuriam; Lae 78.

lustrationes: ſ. cursus.

poenam: tanta .. poena (eos) adficiamus, quantam aequitas humanitasque patitur; O II, 18.

quietem: ut appetat animus agere semper aliquid neque ulla condicione quietem sempiternam possit pati; F V, 55.

varietatem: nec inconstantiam virtus recipit, nec varietatem natura patitur; R III, 18.
vim: cum vim caloris non facile patiatur; T V, 74.
Lücke: tum Scipio: patimini me, quoniam tertium diem iam feriati sumus *; R VI, 8. porco femina piaculum † pati ‖ faciundum ‖; L II, 57.

patria, Vaterland, Heimat, Vaterſtadt, Geburtsort: I. **abſolut**: 1. **Subject**: complectitur: omnes omnium caritates patria una complexa est; O I, 57.
continet: quoniam plura beneficia continet patria et est antiquior parens quam is, qui creavit; R I, fr 2.
educat: neque .. hac nos patria lege genuit aut educavit, ut nulla quasi alimenta exspectaret a nobis ac tantum modo nostris ipsa commodis serviens tutum perfugium otio nostro suppeditaret ..., sed ut plurimas et maximas nostri animi, ingenii, consilii partis ipsa sibi ad utilitatem suam pigneraretur tantumque nobis in nostrum privatum usum, quantum ipsi superesse posset, remitteret; R I, 8.
est: quod deceat cariorem nobis esse patriam quam nosmet ipsos; F III, 64. quid, cum volumus nomina eorum ... nota nobis esse, parentes, patriam? F V, 52. quae sunt extrinsecus, ... ut liberi, ut propinqui, ut ipsa patria; F V, 68. Teucri vox ...: »patria est, ubicumque est bene«; T V, 108. ut ea (patria), quae salva per te est, per te eundem sit ornata; L I, 5. quia ... haec est mea et huius fratris mei germana patria; L II, 3. an est una illa patria communis? L II, 5. et illi et omnibus municipibus duas esse censeo patrias, unam naturae, alteram civitatis; L II, 5. dulcis .. non multo secus est ea (patria), quae genuit, quam illa, quae excepit. itaque ego hanc meam esse patriam prorsus ‖ prosus ‖ numquam negabo, dum illa sit maior, haec in ea contineatur; L II, 5. principes sint patria et parentes, quorum beneficiis maximis obligati sumus; O I, 58. ſ. continet.
excipit: ſ. est; L II, 5.
exspectat: ſ. educat.
fert: non diuturnum beneficii mei patria fructum tulisset; L III, 25.
gignit: ſ. educat. est; L II, 5.
imperat: imperantem .. patriam Lacedaemoniis (Epaminondas) relinquebat, quam acceperat servientem; T II, 59.
locat: »te patria in media virtutum mole locavit«; D I, 22.
pigneratur: ſ. educat.
praestat: necesse est caritate eam (patriam) praestare, † qua rei publicae nomen universae civitatis est; L II, 5. non .. patria praestat omnibus officiis? O III, 90.
procreat: hanc quoque, quae te procrearit, esse patriam tuam; L II, 6.
remittit: ſ. educat.
revocat: nisi me e medio cursu clara voce patria revocasset; O III, 121.
servit: ſ. educat. imperat.
suppeditat: ſ. educat.
vindicat: quoniam ... ortus .. nostri partem patria vindicat, partem amici; O I, 22.
ohne Verb: bonum patria, miserum exsilium; F V, 84.
2. **Prädicat**: sum: hunc locum, id est ... Arpinum, germanam patriam esse vestram; L II, 5. nisi forte sapienti illi Catoni fuit patria non Roma, sed Tusculum; L II, 5. ſ. 1. est; L II, 5. procreat.
3. **Vocativ**: »o pater, o patria, o Priami domus!« T III, 44.

II. **nach Verben**: 1. **Accuſativ**: accipio: ſ. I, 1. imperat.
amitto: negaret esse in malis capi, venire, interfici, patriam amittere? F IV, 22.
capio: ſ. **capio**, III. patriam (3 St.) B. I, S. 379, b. — conservo: ſ. **conservo**, II. patriam (3 St.) B. I, S. 503, a.
contineo: ſ. I, 1. est; L II, 5.
defugio: defugit ‖ fugit ‖ patriam vir liber ac fortis; R II, 34.
deleo: sapiensne non timeat, ne patria deleatur? non doleat, si deleta sit? A II, 135. qui ... in ea (patria) funditus delenda occupati et sunt et fuerunt; O I, 57.
desero: tam est in vitio, quam si parentes aut amicos aut patriam deserat; O I, 23.
do: mundus hic totus, quod domicilium quamque patriam di nobis communem secum dederunt; R I, 19.
duco: nos et eam patriam ducimus, ubi nati, *et illam, a qua excepti* sumus; L II, 5.
exstinguo: non est .. aeque miser, qui patriae consulit, et is, qui illam exstinctam cupit; F IV, 66.
fugio: Medea patrem patriamque fugiens; N III, 67. ſ. defugio.
habeo: numquid duas habetis patrias? L II, 5. ita (Cato) ... habuit alteram loci patriam, alteram iuris; L II, 5.
lacero: qui lacerarunt omni scelere patriam; O I, 57.
libero: ſ. **libero**, II. patriam (5 St.) B. II, S. 461, a.
odi: qui nisi odissent patriam, numquam inimici nobis fuissent; L II, 43.
orno: ſ. I, 1. est; L I, 5.
perdo: ut ... non nulli patriam, plerique autem se ipsos penitus perdiderunt; F I, 49.
prodo: ut peccatum est patriam prodere; F III, 32. si patriam prodere conabitur pater, silebitne filius? O III, 90.
relinquo: ſ. I, 1. imperat.
resipio: Epicurus iocetur, homo non aptissimus ad iocandum minimeque resipiens patriam; N II, 46.
2. **Dativ**: conduco: ipsi patriae conducit pios habere cives in parentes; O III, 90.
consulo: ſ. **consulo**, III. patriae (4 St.) B. I, S. 521, a.
debeo: non solum mihi videris eorum studiis ..., sed etiam patriae debere hoc munus, ut ..; L I, 5. ut prima (officia) dis inmortalibus, secunda patriae, tertia parentibus, deinceps gradatim reliquis debeantur; O I, 160. maior ei (patriae) profecto quam parenti debetur gratia; R I, fr 2.
dedo: pro qua (patria) mori et cui nos totos dedere ... debemus; L II, 5.
infero: qui (exercitus) patriae bellum intulisset; D II, 114. si is, qui apud te pecuniam deposuerit, bellum inferat patriae, reddasne depositum? O III, 95. ut ne quis concessum putet amicum vel bellum patriae inferentem sequi; Lae 43.
largior: qui (Menoeceus) .. oraculo edito largitus est patriae suum sanguinem; T I, 116.
nascor: ut (homo) ... non sibi se soli natum meminerit, sed patriae, sed suis; F II, 45.
ostendo: hic tu, Africane, ostendas oportebit patriae lumen animi ... tui; R VI, 12.
prosum: pro qua (patria) quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus? O I, 57.
supersum: ſ. I, 1. educat.
vaco: »tu, ... quod patriae vacat, id studiis nobisque sacrasti«; D I, 22.
3. **Ablativ**: absum: sin abesse patria miserum est; T V, 106.

expellio: Aristides . . nonne ob eam causam expulsus est patria, quod praeter modum iustus esset? T V, 105.

pello: princeps huius civitatis Phalereus Demetrius cum patria pulsus esset iniuria; F V, 54. humana vitae propositio ... levare poterit ... Talamonium pulsum patria exulantem? T III, 39. cum ... tu te patria vi pulsum esse dixisses; D I, 59. Themistoclem patria, quam liberavisset, pulsum atque proterritum ... confugisse; R I, 5.

proterreo: ſ. pello; R I, 5.

4. **mit Präpositionen:** aufero in: velletne (Anaxagoras) Clazomenas in patriam ‖ [in patriam] ‖ auferri; T I, 104.

caedo pro: non uno bello pro patria cadentis Hispaniae Hispania vidisset, Paulum et Geminum Lucius; T I, 89.

contineo in: ſ. I, 1. est; I. II, 5.

dimico pro: conarent dimicare pro legibus, pro libertate, pro patria; T IV, 43.

excipio pro: qui excipiunt ea (dolores) pro patria; F III, 49.

dolorem: si qui illum (Theophrastum) secuti imbecillius horrent dolorem et reformidant; T V, 85.

ictus, impetus: ut (bestiae) ... nullos impetus, nullos ictus reformident; T V, 79.

iudicium: quorum ille (Lucilius) iudicium reformidans; F I, 7.

reprensionem: ne reprensionem quidem vulgi inanem reformidans; F III, 7.

temeritatem: temeritatem reformidat; F II, 47.

refreno, zügeln, hemmen: iuventutem: quibus (temporibus iuventus) ita prolapsa est, ut omnium opibus refrenanda atque coërcenda sit; D II, 4.

libidines: refrenet primum libidines, spernat voluptates, iracundiam teneat; P 38.

refrigeratio, Abkühlung: me (delectat) ... refrigeratio aestate et vicissim aut sol aut ignis hibernus; C 46.

refrigero, abkühlen: I, 1. vis: quae vim habeant refrigerandi calfaciendi, concrescendi liquendi; Ti 50.

2. stella: cum summa (stella) Saturni refrigeret, media Martis incendat; N II, 119.

II. aetatem: ubi .. potest illa aetas ... umbris aquisve refrigerari salubrius? C 57.

calorem: refrigerato .. et extincto calore occidimus ipsi et extinguimur; N II, 23.

membra: dei membra partim ardentia, partim refrigerata dicenda sunt; N I, 24.

refrigesco, erkalten, bedeutungslos werden: ceteris .. in locis sortes plane refrixerunt; D II, 87.

refugio, zurückweichen, fliehen, meiden: I, 1. initia: et appetendi et refugiendi ... initia proficiscuntur aut a voluptate aut a dolore; F I, 42.

2. oculi: »refugere oculi, corpus macie extabuit;« T III, 26.

sanguen: cui, mors cum appropinquet, non »refugiat timido sanguen atque exalbescat metu?« F V, 31. ut ait Ennius: »refugiat ... metu«; fr V, 65.

vites: a caulibus ... ut a pestiferis et nocentibus (vites) refugere dicuntur; N II, 120.

II. alqd: quod .. (animal) refugit, id contra naturam est; N III, 38.

refugium, Zuflucht: regum, populorum, nationum portus erat et refugium senatus; O II, 26.

refulgeo, glänzen: Canis: »fervidus ille Canis stellarum luce refulget«; N II, 114.

Helice: »prior illa (Helice) magis stellis distincta refulget;« N II, 106.

refundo, zurückergießen: stellae atque omnis aether refundunt eadem et rursum trahunt indidem; N II, 118.

refuto, zurückweisen: refutetur ac reiciatur Philocteteus ille clamor; T II, 55.

regalis, königlich: alqd: ut .. sapere, sic divinare regale ducebant || ducebatur ||; D I, 89. placet .. esse quiddam in re publica praestans et regale; R I, 69. *nihil esse tam* regale quam explanationem aequitatis; R V, 3. nihil ei (Xenophonti) tam regale videri quam studium agri colendi; C 59.

explanatio: ſ. alqd; R V, 3.

genus: quae (res publica) ex tribus generibus illis, regali et optumati et populari, confusa modice; R II, 41. ipsum regale genus civitatis non modo non est reprehendendum, sed haud scio an reliquis simplicibus longe anteponendum; R II, 43. quoniam regale civitatis genus probatum quondam postea ... repudiatum est; L III, 15.

imperium: si in animis hominum regale || si || imperium sit; R I, 60.

nomen: expulso ... Tarquinio tantum odium populum Romanum regalis nominis tenuit, quantum ..; R II, 52.

ornatus: Voluptatem pulcherrimo vestitu et ornatu regali in solio sedentem; F II, 69.

potestas: quoad ei (rei publicae) regalis potestas praefuit; L III, 4.

progenies: ſ. sapientia.

res publica: cum de ipsa regali re publica quaerimus; R III, 47.

sapientia: virtutem et sapientiam regalem, non progeniem quaeri oportere; R II, 24.

sententia: regalis sane et digna Aeacidarum genere sententia; O I, 38.

studium: ſ. alqd; C 59. — virtus: ſ. sapientia.

regia, Königsburg: I. clepo e: »agnum inter pecudes aurea clarum coma quondam || quem clam, al. || Thyestem clepere ausum esse e regia«; N III, 68.

II. in: ut ... nemo dicit in regia regem ... productum esse ..., sic ..; F III, 52.

regifice, königlich: »o Priami domus! ... vidi ego te ... auro, ebore instructam regifice«; T III, 44.

regina, Königin: I, 1. est: praesto est domina omnium et regina ratio; T II, 47.

abl. abs.: hac oportunitate anuli usus (Gyges) reginae stuprum intulit eaque adiutrice regem dominum interemit; O III, 38.

2. sum: haec .. una virtus omnium est domina et regina virtutum; O III, 28.

II. infero: ſ. I, 1. abl. abs.

regio, Richtung, gerade Linie, Grenze, Landſtrich, Gegend, Gebiet, Bezirk: I. est: neque solum eius (lunae) species ac forma mutatur, ... sed etiam regio, quae tum est aquilonia, tum australis; N II, 50.

vacant: ſ. II, 1. contueor.

II, 1. comprehendo: qui ... universas provincias regionesque uno calamitatis iure comprehenderet; O II, 27.

contueor: cum ... contueri licebit eius ... (terrae) cum situm ..., tum et habitabiles regiones et rursum omni cultu propter vim frigoris aut caloris vacantis; T I, 45.

dirigo: nempe eo (lituo) Romulus regiones direxit tum, cum urbem condidit; D I, 30.

expingo: quae regio, quae ora, qui locus Graeciae (non ita expictus est, ut ..)? T V, 114.

incolo: propter planitiam magnitudinemque regionum, quas (Assyrii) incolebant; D I, 2.

muto: ſ. I. est.

obeo: cur (Pythagoras) tantas regiones barbarorum pedibus obiit, tot maria transmisit? F V, 87.

obscuro: quantae (tenebrae) quondam eruptione Aetnaeorum ignium finitimas regiones obscuravisse dicuntur; N II, 96.

peragro: qui innumerabilis mundos infinitasque regiones ... mente peragravisset; F II, 102.

supero: quam regionem cum superavit animus; T I, 43.

termino: quo (lituo Attus Navius) ad investigandum suem regiones vineae terminavit; N II, 9.

video: [regionem video]; A II, 80. terrae maximas regiones inhabitabilis atque incultas videmus; N I, 24. sermo .. omnis ille .. angustiis cingitur iis regionum, quas vides; R VI, 25.

2. contingo: quod etiam quibusdam regionibus atque urbibus contingere videmus, hebetiora ut sint .. ingenia; N II, 17.

3. conloco in: quod (homines) in terra, hoc est in crassissima regione mundi, conlocati sint; N II, 17. illi (di) ... purissima .. in regione caeli collocati; N II, 60.

distribuo in: quarta parte, quae erat reliqua, in regiones || reliqua in regione || distributa; D I, 31.

III. angustiae: ſ. II, 1. video; R VI, 25.

discriptio: quae sit ab Atto || Attio, al. || Navio per lituum regionum facta discriptio; D I, 31.

extremitas: quarum (regionum) nulla esset ora, nulla extremitas; F II, 102.

historia: cum omnium factorum, cum regionum conquiris historiam; F II, 107.

magnitudo: si inmensam ... magnitudinem regionum videretis; N I, 54. ſ. II, 1. incolo.

ora: ſ. extremitas.

pars: quod pars earum (regionum) adpulsu solis exarserit, pars obriguerit nive pruinaque longinquo solis abscessu; N I, 24.

planitia: ſ. II, 1. incolo.

sedes: tu sedem ‖ sedum, al. ‖ regionum, locorum ... aperuisti; A I, 9.

IV, 1. temperare: »caeli .. fulgora ‖ fulgura ‖ regionibus ratis (augures) temperanto«; L II, 21.

zum Satz: eorum ‖ eos ‖ (deorum) qui prope copulentur contrariaque regione; Ti 37.

2. a: »quem (Persea) summa ab ‖ a ‖ regione aquilonis flamina pulsant«; N II, 112. animus a medio profectus extremitatem caeli a suprema regione rotundo ‖ rutundo ‖ ambitu circumiecit; Ti 26.

e: dicitis esse e regione nobis in contraria parte terrae, qui ..; A II, 123. si omnia deorsus ‖ deorsum ‖ e regione ferrentur et ... ad lineam; F I, 19. motum naturalem omnium ponderum, ut ipse (Epicurus) constituit, e regione inferiorem locum petentium; F I, 19. cum (luna) est e regione solis; N II, 103. quando illa (luna) e regione solis facta incurrat in umbram terrae; D II, 17. ut, cum duo individua per inanitatem ferantur, alterum e regione moveatur, alterum declinet; Fa 18. neque in illo inani ... quicquam fuisse causae (dicis), cur ea (atomus) non e regione ferretur; Fa 47. ex quo ... incideret luna tum in eam metam, quae esset umbra terrae, cum sol e regione *; R I, 22. ut .. ipsae (coniunctiones) .. inter se ex commissura, quae e regione esset, iungerentur; Ti 24.

in: locum .. delegit et fontibus abundantem et in regione pestilenti salubrem; R II, 11.

subter: subter mediam fere regionem sol obtinet; R VI, 17.

regius, königlich, der Könige, unter Königen: aedes: cum ... commemoraret ... magnificentiam aedium regiarum; T V, 61.

agri: qui (agri) essent regii; R V, 3.

anni: regiis annis dinumeratis; R II, 29. iis .. regiis quadraginta annis et ducentis paulo cum interregnis fere amplius praeteritis; R II, 52.

apparatus: apparatu regio accepti sermonem in multam noctem produximus; R VI, 10.

civitas: ut, quem ad modum Tarquinius, ... totum genus hoc regiae civitatis everterit; R II, 51.

consilium: est .. quasi regium, id est patrium consilium populo bene consulentium principum; R I, 65. quamquam cum Tatio in regium consilium delegerat principes; R II, 14.

dominatus: dominatu regio re publica liberata; T IV, 1.

genus: cum esset habendus rex, quicumque genere regio natus esset; R I, 50. si unum ac simplex (genus) *pro*bandum *sit*, regium *pro*bem *; R I, 54. *ex* tribus primis generibus longe praestat mea sententia regium, regio autem ipsi praestabit id, quod ..; R I, 69.

imperium: »regio imperio duo sunto«; L III, 8.

insignia: ne insignibus quidem regiis Tullus nisi iussu populi est ausus uti; R II, 31.

instituta: cum a primo urbis ortu regiis institutis, partim etiam legibus auspicia (essent constituta); T IV, 1.

iudicia: omnia conficiebantur iudiciis regiis; R V, 3.

matres: »quod re in summa summum esse arbitror periclum, matres coinquinari regias«; N III, 68.

nomen: unius superbia Tarquinii nomen huic populo in odium venisse regium; R I, 62. illud excellit regium nomen; R II, 43. excellit atque eminet vis, potestas nomenque regium; R II, 50.

opes: exaggeratis .. regiis opibus; T III, 45.

ornatus: ne (Codrus) posset adgnosci, si esset ornatu regio ‖ [ne ... regio] ‖; T I, 116. quod ... ille regio ornatu ius dixisset; R II, 38.

pastor: erat .. (Gyges) regius pastor; O III, 38.

potestas: singulari imperio et potestate regia tum melius gubernari et regi civitates, si ..; R II, 15. in qua re publica est unus aliquis perpetua potestate, praesertim regia; R II, 43. uti consules potestatem haberent tempore dumtaxat annuam, genere ipso ac iure regiam; R II, 56. quibus .. regia potestas non placuit; L III, 4. ſ. nomen; R II, 50.

principatus: quorum ordo proxime accedit, ut secundus sit, ad regium principatum; F III, 52.

res publica: huius regiae (rei publicae) prima ... est illa mutatio; R I, 65.

similitudo: novum .. id genus imperii visum est et proximum similitudini regiae; R II, 56.

virgines: ita sordido ancillarique artificio regiae virgines ut tonstriculae tondebant barbam et capillum patris; T V, 58.

vis: ut contra consulare imperium tribuni pl., sic illi contra vim regiam constituti; R II, 58. ſ. nomen; R II, 50.

Lücke: * deterrimus et ex hac vel optimatium vel factiosa tyrannica illa vel regia vel etiam persaepe popularis; R I, 45.

regno, königliche Gewalt haben, König ſein, herrſchen, regieren: I, 1, a. accio ad: eum .. (Numam) ad regnandum Sabinum hominem Romam Curibus accivit; R II, 25.

b. cupiditates: hinc ... in liberis civitatibus regnandi existunt cupiditates; O III, 36.

gratia: »si violandum est ius, regnandi gratia violandum est«; O III, 82.

utilitas: non habeo, ad volgi opinionem quae maior utilitas quam regnandi esse possit; O III, 84.

2. verbal: sapientia iubet ... pollere, regnare, dominari; R II, 24.

II. alqs: siquidem ... Archilochus (fuit) regnante Romulo; T I, 3. qui (Pythagoras) cum Superbo regnante in Italiam venisset; T I, 38. cur omnium crudelissimus tam diu Cinna regnavit? N III, 81. Prisco regnante Tarquinio; D I, 31. ex triplici adpetitione solis triginta annos Cyrum regnaturum esse portendi; D I, 46. cum (Cyrus) quadraginta natus annos regnare coepisset; D I, 46. facta coniectura etiam in Dionysio est, paulo ante quam regnare coepit; D I, 73. ut Dionysius paucis post diebus regnare coeperit; D I, 73. quae (defectio solis) Astyage regnante facta est; D I, 112. quia brevi tempore (Dionysius) regnare coepit; D II, 67. neque necesse fuisse Cypselum regnare Corinthi; Fa 13. quae (solis defectio) Nonis Quinctilibus tuit regnante Romulo; R I, 25. eo (Tatio) interfecto multo etiam magis Romulus patrum auctoritate consilioque regnavit; R II, 14. Romulus cum septem et triginta regnavisset annos; R II, 17. ille cum undequadraginta annos summa in pace concordiaque regnavisset; R II, 27. quartum iam annum regnante Lucio Tarquinio Superbo; R II, 28. ita cum tres et viginti regnavisset annos, (Ancus Marcius) est mortuus; R II, 33. eundem ... mortuum .. esse, cum duodequadraginta regnavisset annos; R II, 36. post eum Servius Tullius primus iniussu populi regnavisse traditur; R II, 37. cum ... Servius .. regnare coepisset non iussu, sed voluntate atque concessu civium; R II, 38. iussus .. regnare legem de imperio suo curiatam tulit; R II, 38. etiam Spartae regnante Theopompo sunt item quinque, quos illi ephoros appellant, ... constituti; R II, 58. si regnante *L.* Tarquinio nulla

erat Romae scripta lex de stupris; L II, 10. quod [et] in iis etiam, qui nunc regnant, manet; L III, 4. »vosne velit an me regnare era«; O I, 38. qui (Ptolomaeus) tum regnabat alter post Alexandream conditam; O II, 82. honestum non esse in ea civitate, quae libera fuerit ..., regnare, sed si esse utile; O III, 83. regnare et Ithacae vivere otiose; O III, 97. qui (Arganthonius) octoginta regnavit || regnaverat || annos; C 69. Tib. Gracchus regnum occupare conatus est, vel regnavit is quidem paucos menses; Lae 41.

gentilis: fuit .. (Pherecydes Syrius) meo regnante gentili; T I, 38.

rex: cui (regi) cum visum esset utilius solum quam cum altero regnare; O III, 41.

regnum, Königsherrſchaft, Königsgewalt, Königtum, Königreich: I, 1. concidit: quo ostento regnum patris et domum funditus concidisse; D I, 121.

est: antiquiorem .. sibi fuisse laudem et gloriam quam regnum et possessiones suas; D II, 78. quod .. imperium, qui magistratus, quod regnum potest esse praestantius quam ..? R I, 28. permultorum exemplorum et nostra est plena res publica et omnia regna; L II, 33.

nascuntur: ex eisdem verborum praestigiis et regna nata vobis sunt et imperia et divitiae; F IV, 74.

suppetit: »regnum suppetebat mi«; T III, 44.

abl. abs.: hic (Priamus) si vivis filiis incolumi regno occidisset; T I, 85.

2. sum: neque potest eius modi res publica non regnum et esse et vocari; R II, 43.

II, 1. antepono: quae regna, quas opes studiis eorum et delectationibus antepones? T V, 66.

appeto: magister equitum C. Servilius Ahala Sp. Maelium regnum adpetentem occupatum interemit; C 56. num Vecellinum || Viscellinum || amici regnum adpetentem ... debuerunt iuvare? Lae 86.

divido: ut essent ex fabulis tria regna divisa; N II, 66.

do: datum est .. Neptuno ... maritimum omne regnum; N II, 66.

efficio: quid .. efficitur ...? imperia, regna vel privatis vel populis; R III, 24.

guberno: regna, imperia, nobilitas, honores, divitiae, opes eaque, quae sunt his contraria, in casu sita temporibus gubernantur; O I, 115.

labefacto: dicitur (Romulus) ab Amulio ... ob labefactandi regni timorem ad Tiberim exponi iussus esse; R II, 4.

malo: vel regnum malo quam liberum populum; R III, 46.

obicio: huic tu viro quas divitias obicies? quae imperia? quae regna? R III, 40.

obtineo: quod (regnum) a Tantalo et Pelope proditum iure optinebatur; O III, 84.

occupo: ſ. **occupo** regnum (8 St.) B. II, S. 794, b.

perspicio: qui haec deorum regna perspexerit; R I, 26.

prodo: ſ. obtineo.

quaero: qui regnum adulterio quaereret; N III, 68.

socio: regnum suum cum illorum rege sociavit; R II, 13.

tribuo: cui (menti) regnum totius animi a natura tributum est; T III, 11.

voco: regem illum unum vocamus et regnum eius rei publicae statum; R I, 42. ſ. I, 2.

2. abutor: abuteris ad omnia atomorum regno et licentia; N I, 65.

careo: in vivo intellegi .. potest regno te carere; T I, 88. regno non aequo animo carebas; T III, 26.

expello: cum (Tarquinius) regno esset expulsus; T I, 88, »ne ... is ... te .. regno expellat«; D I, 45.

spolio: si quando .. regi iusto vim populus attulit regnove eum spoliavit; R I, 65.

3. consisto in: neque omnino in voluptatis regno virtutem posse consistere; C 41.

conspicio in: quod ... conspicio in meo regno et his tectis P. Cornelium Scipionem; R VI, 9.

dico de: quae sunt dicta de regno; R III, 46.

nascor in: cum (Agamemnon) devovisset Dianae, quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno; O III, 95.

percontor de: ego illum de suo regno, ille me de nostra re publica percontatus est; R VI, 9.

restituo in: is (Tarquinius) cum restitui in regnum nec Veientium nec Latinorum armis potuisset; T III, 27.

sum in: qui .. (libertas) aequa potest esse, omitto dicere in regno, ... sed in istis civitatibus, in quibus ..? R I, 47. ne plura insignia essent inperii in libero populo quam in regno fuissent; R II, 55.

sum sub: sub regno .. tibi esse placet omnis animi partes, et eas regi consilio? R I, 60.

III, 1. cupiens: Romulus ... cum fratre ... »curantes magna cum cura tum cupientes || concupientes || regni«; D I, 107.

2. benivolus, al.: »multi iniqui atque infideles regno, pauci benivoli,« inquit Accius. at cui regno? O III, 84.

contrarius: ſ. II, 1. guberno.

IV. desiderium: maeres videlicet regni desiderio, non filiae; T III, 26.

fides: quorum (regnorum), ut ait Ennius, „nulla [regni] sancta societas nec fides est“; R I, 49. quod .. est apud Ennium: »nulla sancta societas nec fides regni est«; O I, 26.

initium: Olympias .. secunda et sexagesima eadem Superbi regni initium et Pythagorae declarat adventum; R II, 28.

memoria: nomen .. Tarquiniorum et memoriam regni esse tollendam; O III, 40.

opes: ad muniendas opes regni ac populi sui; R II, 12.

scamna: »auspicio regni stabilita (esse) scamna solumque«; D I, 108.

societas: ſ. fides.

socius: ut consiliorum omnium particeps et socius paene regni putaretur; R II, 35.

solum: ſ. scamna.

stabilimen: »quod mihi portento caelestum pater prodigium misit, regni stabilimen mei«; N III, 68.

victoria: »utri magni victoria sit data regni«; D I, 108.

vitia: quoniam regale civitatis genus non tam regni quam regis vitiis repudiatum est; L III, 15.

V, 1. multari: posteaquam (Deiotarus rex) a Caesare tetrarchia et regno pecuniaque multatus est; D I, 27.

2. in: ne in regnis quidem reges omnia minima curant; N III, 86. in regnis nimis expertes sunt ceteri communis iuris et consilii; R I, 49. multo iam id in regnis minus; R I, 49.

rego, leiten, lenken, beherrſchen: I. deus: sive in ipso mundo deus inest aliquis, qui regat, qui gubernet; N I, 52.

II. alqm: qui (Tarquinius) nec se nec suos regere potuit; F III, 75. si Massilienses, nostri clientes, per delectos et principes cives summa iustitia reguntur; R I, 43. ad militiam euntibus dari solitos esse custodes, a quibus primo anno regantur; R IV, 3.

alqd: quae (mens) ... omnia moderetur, moveat, regat; A II, 119. qui haec omnia regi natura putant; F V, 88. an .. ab iis (deis) ... omnia ... ad infinitum tempus regantur atque moveantur; N I, 2. quae (natura) haec effecisset || ecfecisset ||, moveret, regeret, gubernaret; N I, 100. esse aliquod numen praestantissimae mentis, quo haec regantur; N II, 4. aut .. nihil est, quod sentiente natura regatur, aut mundum regi confitendum est; N II, 85. nos intellegere esse aliquod numen, quo haec regantur; N III, 10. quom (animus) ... ipsum .. ea moderantem et regentem paene prenderit; L I, 61. ſ. **omnis**, C, b, II, 1. rego (5 St.) B. II, S. 828, b.

aequabilitatem: ut unius perpetua potestate et iustitia omnique sapientia regatur salus et aequabilitas et otium civium; R II, 43.

appetitiones: ut nullo modo adpetitiones animi nec regi nec contineri queant; T IV, 22.

appetitum: qua (ratione) regerentur animi adpetitus; N II, 34.

beluam: qui ... coërcet et regit beluam, quocumque vult ‖ volt ‖; R II, 67.

caelum: qua (necessitate, natura) caelum, maria, terrae regantur; N II, 77. quae vis ... aequalis (est) illius caelum atque terras tuentis et regentis dei; L II, 9.

civitatem: ſ. **civitas**, II, 1. rego (8 St.) B. I, S. 427, b. — clientes: ſ. alqm; R I, 43.

clientelas: quattuor robustos filios, quinque filias, tantam domum, tantas clientelas Appius regebat et caecus et senex; C 37.

corpus: qui tam regit et moderatur et movet id corpus ... quam hunc mundum ille princeps deus; R VI, 26.

deos: quoniam deos omnis censent unius regi numine; R I, 56.

domum: totam domum num quis alter praeter te regit? R I, 61. ſ. clientelas.

equitatum: »equitatum .. qui regat«; L III, 9.

filias, filios: ſ. clientelas.

finis: nec Mamilia lege singuli, sed e XII tres arbitri finis regemus; L I, 55.

inscitiam: ineuntis aetatis inscitia senum constituenda et regenda prudentia est; O I, 122.

libidines: neque suos mores regere poterat neque suorum libidines; R II, 45. nec temperantia (egeremus), quae regeret eas, quae nullae essent, libidines; fr V, 50.

maria: ſ. caelum; N II, 77.

mores: »censores mores populi regunto«; L III, 7. ſ. libidines; R II, 45.

motum: ſ. **motus**, II, 1. rego (4 St.) B. II, S. 593, a. — mundum: ſ. **mundus**, II, 1. rego (13 St.) B. II, S. 616, b.

naturam: omnem .. regit ipse (deus) naturam; N II, 77. deorum inmortalium vi, natura ‖ [natura] ‖, ratione, potestate, mente, numine ... naturam omnem regi; L I, 21.

otium: ſ. aequabilitatem.

partes: sub regno .. tibi esse placet omnis animi partes, et eas regi consilio? R I, 60.

populum: ſ. **populus**, II, 1. rego (4 St.) S. 106, a.

pulchritudinem: qui (di) hanc omnem pulchritudinem tuentur et regunt; C 81.

rem publicam: qui (Peripatetici) claros viros a se instructos dicant rem publicam saepe rexisse; A II, 115. si quis dicat Atheniensium rem publicam consilio regi; N II, 74. (deos) unum mundum ut communem rem publicam atque urbem aliquam regentis; N II, 78. in qua (civitate) et reges augures et postea privati ... rem publicam religionum auctoritate rexerunt; D I, 89. cum, quod est multo proclivius, nulla necessitate premente rem publicam regere nesciant; R I, 11. omnis .. populus, ... omnis civitas, ... omnis res publica ... consilio quodam regenda est, ut diuturna sit; R I, 41. talis est quaeque res publica, qualis eius aut natura aut voluntas, qui illam regit; R I, 47. cum ille Romuli senatus ... temptaret post Romuli excessum, ut ipse regeret ‖ gereret ‖ sine rege rem publicam; R II, 23. maximas geri res et maximi animi ab iis, qui res publicas regant; O I, 92.

salutem: ſ. aequabilitatem.

terras: ſ. caelum.

vim: quarum omnium rerum quia vis erat tanta, ut sine deo regi non posset; N II, 61.

vitam: »vitam regit fortuna, non sapientia«; T V, 25. quae (probabilia) quamquam non perciperentur, tamen ... iis sapientis vita regeretur ‖ [quae ... regeretur] ‖; N I, 12. ut ... vitam .. eius (animantis) quam pulcherrime regerent et gubernarent; Ti 46.

urbes: »qui (veteres) populos urbisque modo ac virtute regebant«; D I, 21. ſ. rem publicam; N II, 78.

regredior, zurückgehen: alqs: similiter .. superiora repetentem regredi infinite licet; Fa 35. ut regredi quam progredi mallent; O I, 33.

regressus, Rückgang: quod in omni aeternitate conservat progressus et regressus reliquosque motus constantis et ratos; N II, 51.

regula, Richtſcheit, Richtſchnur, Regel, Grundſatz: I, 1. delabitur: quae (regula) quasi delapsa de caelo est ad cognitionem omnium; F I, 63.

est: hanc .. esse regulam totius philosophiae, constitutionem veri falsi, cogniti incogniti; A II, 29. quae ista regula est (veri et falsi)? A II, 38. si nihil interest, nulla regula est; A II, 83. hanc normam, hanc regulam, hanc praescriptionem esse naturae; A II, 140. in his .. ipsis mediocritatis regula optima est; O II, 59. eadem utilitatis, quae honestatis, est regula; O III, 75 (74). omnium una regula est, quam tibi cupio esse notissimam; O III, 81.

2. sum: ea (lex est) iuris atque iniuriae regula; L I, 19. vgl. 1. est.

II, 1. constituo: cognitionis regula et iudicio ab eodem illo ‖ eadem illa ‖ (Epicuro) constituto; F I, 64.

habeo: habeo .. regulam, ut talia visa vera iudicem, qualia falsa esse non possint; A II, 58.

servo: servata illa ... regula; F I, 63.

2. egeo: si id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis; A fr 8.

utor: ea .. se uti regula et in agenda vita et in quaerendo ac disserendo; A II, 32.

3. discedo a: ab hac (regula) mihi non licet transversum, ut aiunt, digitum discedere; A II, 58.

III. volumen de: cuius rationis vim atque utilitatem ex illo caelesti Epicuri de regula et iudicio volumine accepimus; N I, 43.

IV, 1. metiri: ut ... nos studia nostra nostrae naturae regula metiamur; O I, 110.

2. ad: ad quam (regulam) omnia iudicia rerum derigentur; F I, 63.

reicio, zurückwerfen, verſchlagen, zurückweiſen, verwerfen, verweiſen: alqm: reicietur etiam Carneades; F II, 88. hic ipse (Erillus) iam pridem est reiectus; F II, 43. sin reflantibus ventis reiciemur, tamen eodem paulo tardius referamur necesse est; T I, 119.

alqd: quae pluris (aestimanda essent), ea praeposita appellabat, reiecta autem, quae minoris; A I, 37. ut (cetera) nec expetenda nec fugienda, sed eligenda modo aut reicienda sint; F II, 38. quamquam haec .. „praeposita“ recte et „reiecta“ dicere licebit; F II, 15. eorum ... partim satis habere causae, quam ob rem reicerentur; F III, 51. illa reiecta (appellamus); F III, 52. in quibus sunt et praeponenda quaedam et reicienda; F III, 56. quoniam .. non dubium est, quin in iis ... sit aliud sumendum, aliud reiciendum; F II, 59. commoda .. et incommoda in eo genere sunt, quae praeposita et reiecta dicimus ‖ diximus ‖; F III, 69. haec reicienda esse, non fugienda? F IV, 22. quae (virtus) leget quaeque reiciet; F IV, 40. ut eorum (mediorum) alia eligenda sint, alia reicienda, alia omnino neglegenda; F IV, 71. quae ... aspera .. et incommoda et reicienda et aliena naturae esse concedunt; F V, 78. est tamen reiciendum; T II, 29. quae si reiciamus, illa quoque, unde haec nata sunt, reiciemus; N III, 47.

Antiopam: qui Ennii Medeam aut Antiopam Pacuvii spernat aut reiciat; F I, 4.

clamorem: in primis .. refutetur ac reiciatur Philocteteus ille clamor; T II, 55.

contraria: ſ. **contrarius**, B, II, 1. reicio (4 St.) W. I, S. 538, b.

disputationem: Socratem omnem istam disputationem reiecisse; R I, 16.

genera: Cratippus ... reliqua divinationis genera reiecit; D I, 5.

ignaviam: illas (timiditatem ignaviamque) reici, quia dolorem pariant; F I, 49.

iusta: qui (Plato) iusta funerum reicit ad interpretes religionum; L II, 67.

Medeam: ſ. Antiopam.

os: quem ad modum os resectum ‖ reiectum, al. ‖ terra obtegatur; L II, 55.

praedicta: qui (Panaetius) unus e Stoicis astrologorum praedicta reiecit; D II, 88.

res: vivere ..., quae (res) contra naturam sint, reicientem; F III, 31. si potest esse beatus is, qui est in asperis reiciendisque rebus; F V, 78.

timiditatem: ſ. ignaviam.

vitam: si optio esset, eligendam Metelli (vitam), Reguli reiciendam; F V, 88.

voluptates: ut (sapiens) .. reiciendis voluptatibus maiores alias consequatur; F I, 33. eam .. (corporis voluptatem) contemni et reici oportere; O I, 106.

reiectaneus, verwerflich: illa .., morbum, egestatem, dolorem, non appello mala, sed, si libet, reiectanea; F IV, 72.

reiectio, Verwerfung: qua inventa selectione et item reiectione; F III, 20.

relaxatio, Erholung: „dat .. (dolor) intervalla et relaxat“. primum non saepe, deinde quae est ista relaxatio? F II, 95.

relaxo, abſpannen, nachlaſſen, erleichtern, ſich erholen: I. dolor: ſ. **relaxatio**.

II. alqd: ut ... tu a contentionibus ... cotidie relaxes aliquid; L I, 11.

alvum: ea .. (alvus) tum astringitur, tum relaxatur; N II, 136.

animum: si ... animus .. somno relaxatus solute moveatur; D II, 100. animum quoque relaxes oportet; R I, 14. cum relaxare animos et dare se iucunditati volent; O I, 122. ex quo intellegitur, quales (animi) futuri sint, cum se plane corporis vinculis relaxaverint; C 81. quaero .., non quibus intendam rebus animum, sed quibus relaxem ac remittam; fr V, 31.

curas: »tu .. anxiferas curas requiete relaxans«; D I, 22.

insanos: ut ..., cum relaxentur, (insani) sentiant; A II, 52.

intestina: quem ad modum .. reliquiae cibi depellantur tum astringentibus se intestinis, tum relaxantibus; N II, 138.

terram: cum ... terra se ... hieme ad † concipiendas ‖ conficiendas ‖ (fruges) relaxarit; R IV, 1.

relego, entfernen, verbannen: filium: criminabatur (M. Pomponius) etiam, quod (L. Manlius) Titum filium ... ab hominibus relegasset et ruri habitare iussisset; O III, 112.

gentem: »hos ... ictus corpori inflixit meo ... non saeva terris gens relegata ultimis«; T II, 20.

relego, wieder leſen, durchgehen: qui .. omnia, quae ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent et tamquam relegerent, sunt dicti religiosi ex relegendo, ut elegantes ex eligendo ‖ relegendo, [elegantes ex eligendo] ‖; N II, 72.

religatio, Anbinden: adminiculorum ordines (me delectant), capitum iugatio, religatio et propagatio vitium; C 53.

religio, Gottesverehrung, Gottesfurcht, Bedenken, Scheu, Gewiſſenszwang, religiöſe Schuld, Fluch, Verpflichtung, Gewiſſenhaftigkeit, Heiligtum: I. Subiect: ducit: ut, quos ratio non posset, eos ad officium religio duceret; N I, 118.

est: quae potest esse pietas, quae sanctitas, quae religio? N I, 3. quantae saluti sint foederum religiones; L II, 16. iam tanta religio est sepulchrorum, ut extra sacra et gentem inferri fas negent esse; L II, 55. ſ. II, 1. teneo.

haeret: vir sapientissimus ... peccatum suum ... confiteri maluit quam haerere in re publica religionem; N II, 11.

potest: ſ. est; N I, 3.

versatur: tum maxume et pietatem et religionem versari in animis, quom rebus divinis operam daremus; L II, 26.

videtur: praesentis poenae metu religio confirmari videtur; L II, 25.

vincit: illius (Crassi) vendibilem orationem religio deorum inmortalium nobis defendentibus facile vincebat; Lae 96.

ohne Verb: unde .. pietas aut a quibus religio? R I, 2.

II. nach Verben: 1. adfero: adfert .. haec opinio religionem utilem civitatibus; L II, 26.

adfligo: quorum scelere religiones tum prostratae adflictaeque sunt; L II, 42.

admitto: ſ. immitto.

antepono: religio et fides anteponatur amicitiae; O III, 46.

colo: sic religionibus colendis operam addidit, sumtum removit; R II, 27. qua (quisque) mente, qua pietate colat religiones, (deos) intueri; L II, 15.

conficio: plures .. deorum omnium, singuli singulorum sacerdotes ... conficiendarum ‖ confitendarum ‖ religionum facultatem adferunt; L II, 29.

confirmo: ſ. **confirmo**, III. religionem (3 St.) W. I, S. 483, b.

conservo: quas (caerimonias, religiones) non metu, sed ea coniunctione, quae est homini cum deo, conservandas puto; L I, 43.

constituo: id .. est profecto, quod constituta religione rem publicam contineat maxime; L II, 69.
contemno: harum ego religionum nullam umquam contemnendam putavi; N III, 5. vidimus eos, ... quidquid agerent, modo timentis, vicissim contemnentis religiones; L II, 43.
contineo: quae (religio) deorum cultu pio continetur; N I, 117.
declaro: tota .. huius iuris conpositio pontificalis magnam religionem caerimoniamque declarat; L II, 55.
defendo: ut ... sacra, caerimonias religionesque defenderem. ego vero eas defendam semper semperque defendi; N III, 5. satis .. defensa religio est in secundo libro a Lucilio; D I, 9.
deicio: quod hominibus perturbatis inanem religionem timoremque deiecerat; R I, 24.
deleo: ut (Cotta) Stoicorum magis argumenta confutet quam hominum deleat religionem; D I, 8.
depono: ſ. suscipio; N fr 1.
divido: cum .. omnis populi Romani religio in sacra et in auspicia divisa sit; N III, 5.
exstinguo: ſ. suscipio; N fr 1.
extraho: Epicurus .. ex animis hominum extraxit radicitus religionem; N I, 121.
fingo: sapienter aiebant ad opinionem imperitorum esse fictas religiones; D I, 105.
habeo: prius quam in os iniecta gleba est, locus ille, ubi crematum est corpus, nihil habet religionis; L II, 57.
immitto: sacerdos ... audaciam in * et inmittendis ‖ in admittendis ‖ religionibus foedis ‖ foedas ‖ damnet; L II, 37.
iungo: quae (religio) est iuncta cum cognitione naturae; D II, 149.
moderor: quae (quaestio) ... ad moderandam religionem necessaria (est); N I, 1.
neglego: C. Flaminium Coelius ‖ Caelius ‖ religione neglecta cecidisse apud Trasumenum scribit; N II, 8.
perturbo: ne perturbentur religiones; N III, 60.
pono, prodo: neque ea, quae a maioribus prodita est quom dominis, tum famulis posita in fundi villaeque conspectu, religio Larum, repudianda est; L II, 27.
propago: ut religio propaganda etiam est, ... sic superstitionis stirpes omnes eligendae ‖ eiciendae ‖; D II, 149.
prosterno: ſ. adfligo.
relinquo: Prodicus Cius ... quam tandem religionem reliquit? N I, 118.
repudio: ſ. pono.
retineo: retinetur .. et ad opinionem vulgi et ad magnas utilitates rei publicae mos, religio, disciplina; D II, 70.
suscipio: ne susceptas publice religiones disputatio talis exstinguat; N fr 1. ut ... valeant .. (libri) ad deponendas potius quam ad suscipiendas religiones; D II, 112. quom animus ... cultum .. deorum et puram religionem susceperit; L I, 60.
teneo: de quo quom consulerent Athenienses Apollinem Pythium, quas potissimum religiones tenerent, oraclum editum est: ‚eas, quae essent in more maiorum'; L II, 40.
timeo: ſ. contemno; L II, 43.
tollo: cum qua (pietate) simul sanctitatem et religionem tolli necesse est, quibus sublatis perturbatio vitae sequitur et magna confusio; N I, 3. qui sustulerit omnem funditus religionem; N I, 115. horum .. sententiae omnium non modo superstitionem tollunt, ... sed etiam religionem; N I, 117. ii ... nonne omnem religionem funditus sustulerunt? N I, 118. utrum .. hic (Euhemerus) confirmasse videtur religionem an penitus totam sustulisse? N I, 119. nec ... superstitione tollenda religio tollitur; D II, 148. neque solum in homines obsequia, sed etiam in deos caerimoniae religionesque tolluntur ‖ tollentur ‖; L I, 43.
trado: iam ritus familiae patrumque servare id est ... a dis quasi traditam religionem tueri; L II, 27.
tueor: qui caerimonias religionesque publicas sanctissime tuendas arbitror; N I, 61. ſ. trado.
violo: poena .. violatae religionis iustam recusationem non habet; L II, 41.

2. habeo: nec eam rem (C. Flaminius) habuit religioni obiecto signo, ... ne committeret proelium; D I, 77. nec ... est habendum religioni nocentem aliquando ... defendere; O II, 51.
pareo: eorum imperiis rem publicam amplificatam, qui religionibus paruissent; N II, 8. parendum .. religioni fuit; D II, 71.
satis facio: ut sine iis, qui sacris publice praesint, religioni privatae satis facere non possint; L II, 30.
tribuo: in quo (loco) iudicandum est, quantum auspiciis rebusque divinis religionique tribuamus; D I, 7.

3. ago de: cum de religione agitur; N III, 5.
coniungo cum: quod (ius) cum religione coniunctum est; L II, 47.
dico de: quem (C. Laelium) potius audiam dicentem de religione in illa oratione nobili quam quemquam principem Stoicorum; N III, 5. de haruspicum religione, de expiationibus et procurationibus sat esse plane ‖ satis esse iam ‖ in ipsa lege dictum puto; L II, 34.
existimo de: quid de religione, pietate, sanctitate ... existimandum sit; N I, 14.
pertineo ad: quod sequitur .., non solum ad religionem pertinet, sed etiam ad civitatis statum; L II, 30.
separo a: non .. philosophi solum, verum etiam maiores nostri superstitionem a religione separaverunt; N II, 71.
specto a: ea non tam ad religionem spectant quam ad ius sepulchrorum; L II, 58.
teneo contra: id (imperium) tenere punctum temporis contra religionem; N II, 11.
venio in: Gracchus cum ... rem .. illam in religionem populo venisse sentiret; N II, 10.
versor in: quoniam omnis haec in religione versatur oratio; L II, 34.

III. nach Adjectiven: 1. expers: nonne expertes sunt religionum omnium? N I, 119.
2. dignus: quis (istas imagines) aut cultu aut religione dignas iudicare (potest)? N I, 121.
3. impius in: qui ... praeter ceteros in omni religione inpii (fuerant); L II, 42.

IV. nach Substantiven: 1. alqd: ſ. II, 1. habeo.
auctoritas: in qua (civitate) et reges augures et postea privati .. rem publicam religionum auctoritate rexerunt; D I, 89. ne ars tanta propter tenuitatem hominum a religionis auctoritate abduceretur ad mercedem atque quaestum; D I, 92.
caerimoniae: animos ... ardentis consuetudine et cupiditate bellandi religionum caerimoniis mitigavit; R II, 26.
confusio: suos .. deos aut novos aut alienigenas coli confusionem habet religionum; L II, 25.
constitutio: non multum discrepat ista constitutio religionum a legibus Numae nostrisque moribus; L II, 23.
genus: discriptio ‖ descr. ‖ .. sacerdotum nullum iustae religionis genus praetermittit; L II, 30.
interpretes: qui (Plato) iusta funerum reicit ad interpretes religionum; L II, 67.
iura: omnia tum ‖ hominibus. cum ‖ perdito-

rum civium scelere discessu meo religionum iura polluta sunt; L II, 42.

lex: sicut de religionum lege fecisti; L III, 2. ut in religionis lege fecisti admonitu et rogatu meo; L III, 13.

locus: habetis .. explicatum omnem ... religionum locum; L II, 69.

mater: illa .. diuturna pax Numae mater huic urbi iuris et religionis fuit; R V, 3.

metus: e physicis ... sumitur ... constantia contra metum religionis et sedatio animi; F I, 64. ut pellatur mortis et religionis metus; F IV, 11.

partes: omnis .. partis religionis statuit sanctissime; R II, 26.

poena: ſ. II, 1. violo.

ratio: a te .. philosopho rationem accipere debeo religionis; N III, 6.

sanctitates: deorum cultus religionumque sanctitates exsistunt in dies maiores; N II, 5.

simulacra: ut ad errorem multitudinis religionis simulacra fingerent; D I, 105.

timor: aut illos mortis timor terret aut hos religionis; N I, 86.

vis: apud maiores tanta religionis vis fuit, ut ..; N II, 10. nulla .. vis fuit religionis, quae tantam utilitatem perverteret; O III, 102.

2. leges de: iam exprome ... istas leges de religione; L II, 17. quoniam ‖ quom ‖ de religione leges proposueras; L III, 48.

V. **Umſtand:** 1. cingere: diligentius .. urbem religione quam ipsis moenibus cingitis; N III, 94.

consecrari: vetera iam ista et religione omnium consecrata; T I, 32.

imbui: quod (Etrusci) religione inbuti studiosius et crebrius hostias immolabant; D I, 93.

obligari: statuit .. collegium locum publicum non potuisse privata religione obligari; L II, 58.

perturbari: memini me admodum adulescentulo ... perturbari exercitum nostrum religione et metu; R I, 23.

prohiberi: quas (leges) cum vellet Lysander commutare, eadem est prohibitus religione; D I, 96.

sancire: nec (caerimonias sepulcrorum) violatas tam inexpiabili religione sanxissent; T I, 27. quod (ius) per se iustissime inventum sanxit fetiali religione; R II, 31.

superior: religione, id est cultu deorum, multo superiores (reperiemur); N II, 8.

teneri: quo tempore incipiat sepulchrum esse et religione teneatur; L II, 55.

2. causa: quam (haruspicinam) ego rei publicae causa communisque religionis colendam censeo; D II, 28.

cum: quae a te scis ‖ scio ‖ et consule et imperatore summa cum religione esse servata; D I, 103.

sine: cui plus legatum sit, quam sine religione capere liceat; L II, 51.

religiose, fromm, religiös: colo: quamquam Circen quoque coloni nostri Circeienses religiose colunt; N III, 48.

saepio: is est hodie locus saeptus religiose propter Iovis pueri; D II, 85.

religiosus, gottesfürchtig, fromm, gewiſſenhaft, heilig: A. alqs: ſ. **relego.**

alqd: quid religiosius (est) quam cum populo, cum plebe agendi ius aut dare aut non dare? L II, 31.

adfirmatio: est .. ius iurandum adfirmatio religiosa; O III, 104.

asoti: reperiemus asotos .. ita non religiosos, ut „edint de patella“; F II, 22.

fana: fore .. omnis castiores, velati quom in fanis essent maxime religiosis; L II, 26.

iura: gleba vocatur, ac tum denique multa religiosa iura conplectitur; L II, 57. qui (maiores) mortuis tam religiosa iura tribuerunt; Lae 13.

signa, tabulae: villas signis et tabulis refertas, partim publicis, partim etiam sacris et religiosis; L III, 31.

testis: nos cum te, M. Cato, ... religiosissimum testem, audiremus; F IV, 61.

B, I. insum in: his .. in verbis omnibus inest vis legendi eadem, quae in religioso; N II, 72.

II. in: ita factum est in superstitioso et religioso alterum vitii nomen, alterum laudis; N II, 72.

religo, binden, anbinden, umwinden: alqm: trahit Hectorem ad currum religatum Achillea; T I, 105. »aspicite religatum asperis vinctumque saxis«; T II, 23. »eius (Anguis) ipse (Anguitenens) manet religatus corpore torto«; N II, 109.

virtutem: quae (virtus) si extrinsecus religata pendeat et non .. oriatur a se; T III, 37.

relinquo, zurücklaſſen, hinterlaſſen, beſtehen laſſen, übrig laſſen, übergeben, hingeben, laſſen, vernachläſſigen, verlaſſen, aufgeben, auslaſſen, übergehen: I. **abſolut:** quamquam fortasse id quoque; sed relinquamus; T I, 67.

II. **mit Ergänzung:** 1. de: ſ. III. alqd; L III, 49.

2. indir. Frage: ſ. IV. alqd — nudum.

3. ut: mihi, ne ut dubitem quidem, relinquatur ‖ relinquetur ‖ ? A II, 119. relinquitur, ut summum bonum sit vivere scientiam adhibentem earum rerum; F III, 31. relinquendum est homini, ut signis quibusdam consequentia declarantibus futura praesentiat; D I, 127. ita relinquitur, ut ea fortuita divinari possint, quae ..; D II, 14.

4. acc. c. inf.: ſ. III. alqd; F I, 26.

III. **mit einfachem Object:** alqm: cum ... reliquisset duo .. praestantissimos studio atque doctrina, Xenocratem Calchedonium et Aristotelem Stagiritem; A I, 17. illos ... quasi desperatos aliquos relinquamus; A II, 82. »vix aegro tum corde meo me somnus reliquit«; D I, 41. ex aeternitate vera fuit haec enuntiatio: „relinquetur in insula Philoctetes“; Fa 37. ut C. Flaminium atque ea ... relinquam; L III, 20. [eos omnes censores ... in aerariis reliquerunt nec minus illum, qui ..;] O I, 40. Macedones nonne Demetrium reliquerunt universique se ad Pyrrhum contulerunt? O II, 26. ſ. alqd; A II, 129. IV. disciplinam.

alqd: neutra .. in mediis relinquebat; A I, 86. ne illud quidem ipsum (sciri posse), quod Socrates sibi reliquisset; A II, 45. memoriae quidem certe ... nihil omnino loci relinquitur; A II, 22. omitto illa, quae relicta iam videntur, Erillum ‖ ut Herillum ‖; A II, 129. quod .. satis esset, (nos) relinquere; A II, 146. quid si (Epicuro) reliquisti, nisi te, quoquo modo loqueretur, intellegere, quid diceret? F I, 26. cum id relinqueretur; F III, 53. ab hoc (Zenone) .. quaedam non melius quam veteres, quaedam omnino relicta; F IV, 9. ut ea, quae ante explanationem tenebamus, relinquamus; F IV, 41. Critoni .. nostro non persuasi me hinc avolaturum neque mei quicquam relicturum; T I, 103. habes epilogum, ne quid praetermissum aut relictum putes; T I, 119. haec .. te ... custos dignitatis relinquet et deseret; T II, 33. aliquid relinquetur fortasse; T III, 13. relinquetur id solum, quod erit necessarium; T III, 13. quid haberent, quod in bonis relinquerent, si illa detraxissent; T III, 42. »illa iacent multa et praeclara relicta«; T V, 101. quid relinquitur, quod extimescendum sit? exilium, credo; T V, 106. tantum huic studio relinquendum (est), quantum vacabit a publico officio et munere; D II, 7. si

... ipsi .. minus ceperint, quam omnibus heredibus relinquatur; L II, 50. ut minus capiat, quam omnibus heredibus relinquatur; L II, 53. dicere debemus, de iure populi Romani quae relicta sunt et tradita; L III, 49. aliquantum agri in medio relictum est; O I, 33. in medio relictum quod erat, populo Romano adiudicavit; O I, 33. ut ... non illa omnia relinquat atque abiciat; O I, 154. incunte vere in iis, quae relicta sunt, existit ... ea, quae gemma dicitur; C 58. quia ne quod audiretur quidem (relictum erat); Ti 18. ſ. alqm; L III, 20. errorem. ius. otium. talos. **nihil**, C, II, 1. relinquo (8 St.) B. II, S. 702, b.

Academiam: relictam a te veterem Academiam, .. tractari autem novam; A I, 13.

actionem: ut si ... ipsius animi, ut fecit Erillus, cognitionem amplexarentur, actionem relinquerent; F IV, 36.

aculeos: ut omnes istos aculeos et totum tortuosum genus disputandi relinquamus; A II, 98.

administrationem: cum mihi sit unum opus hoc a parentibus maioribusque meis relictum, procuratio atque administratio rei publicae; R I, 35.

agrum: ſ. **ager**, II, 1. relinquo (3 St.) B. I, S. 110, b.

amicitiam: relinquesne (amicitiam)? F II, 79.

amicum: quodsi ... non relinques amicum, tamen, ... ut moriatur, optabis; F II, 79.

animum: ne finem quidem (animum) habiturum esse motus, quia numquam se ipse sit relicturus; C 78.

archipiratam: (archipirata) aut interficiatur a sociis aut relinquatur; O II, 40.

argumentum: ita neque color neque corpus nec veritas nec argumentum nec sensus neque perspicuum ullum relinquitur; A I, 34.

artem: an ille ... vivendi artem tantam tamque operosam ... relinqueret? F I, 72. qui (antiqui) et definierunt plurima et definiendi artes reliquerunt; F IV, 8. an hanc iam artem plane relinquimus? — tu vero istam ne reliqueris; T I, 112.

bellum: milites bellum illud, quod erat in manibus, reliquisse; R II, 63.

bona: ut ea (bona corporis) ne in conspectu quidem relinquantur; F V, 93.

capedunculas: capedunculis iis, quas Numa nobis reliquit; N III, 43.

causam: ſ. **causa**, II, 1. relinquo (3 St.) B. I, S. 894, b.

certationem: relinquitur non mihi cum Torquato, sed virtuti cum voluptate certatio; F II, 44.

colorem: ſ. argumentum.

commendationes: quaero .., quo modo hae tantae commendationes ... subito a sapientia relictae sint; F IV, 26.

consuetudinem: illam .. Socraticam ... consuetudinem disserendi reliquerunt; A I, 17.

consulem: cum consulem languentem reliquit; T IV, 51.

contractiunculam: morsus .. et contractiuncula quaedam animi relinquetur ‖ contractiunculae ... relinquentur, al. ‖; T III, 38.

copias: quas .. copias his (proximis) et suppeditari aequius est et relinqui; O I, 44.

corpus: cum corporibus relictis .. cupiditatum ... erimus expertes; T I, 44. ſ. argumentum.

cultum: quod mercandi cupiditate et navigandi et agrorum et armorum cultum reliquerant; R II, 7.

deos: quamquam video non nullis videri Epicurum ... verbis reliquisse deos, re sustulisse; N I, 85. id .. videns Epicurus re tollit, oratione relinquit deos; N I, 123.

dilectum: si rerum aliquem dilectum reliquissent; O I, 6.

disciplinam: ſ. **disciplina**, II, 1. relinquo (3 St.) B. I, S. 718, b.

discrimen: si quidem .. (discrimen) tollerem, sed relinquo; F III, 13.

domum: non (Pompeius) domum reliquisset; T I, 86.

errorem: ne relinquatur aliquid erroris in verbo; T I, 88.

exempla: quam multa non solum praecepta in artibus, sed etiam exempla in orationibus bene dicendi reliquerunt! F IV, 5.

exercitationes: quoniam oratorias exercitationes non tu quidem ... reliquisti, sed certe philosophiam illis anteposuisti; Fa 3.

exsilium: ſ. alqd; T V, 106.

gallinas: eas (gallinas pulli) relinquunt et effugiunt sequentes; N II, 124.

genus: ſ. **genus**, II, 1. relinquo (6 St. F V, 12) B. II, S. 98, b.

herbam: quod (natura) facit in frugibus, ut ... relinquat et pro nihilo habeat herbam; F IV, 37.

hominem: quo modo .. evenit, ut hominis natura sola esset, quae hominem relinqueret? F IV, 33. qui (homines) relicti in castris fuissent a Paulo et a Varrone consulibus; O III, 114.

honestatem: non cum hoc deliberetur ‖ deliberatur ‖, reliquendane sit honestas propter utilitatis magnitudinem; O III, 40.

iniurias: iniurias fortunae, quas ferre nequeas, defugiendo relinquas; T V, 118.

intervallum: eius .. particulae intervallo relicto; Ti 24.

ius: quid iuris bonis viris Ti. Gracchi tribunatus reliquit? L III, 20.

laudem: quam .. relinquis populari rei publicae laudem? R III, 48.

locum: ſ. **locus**, II, 1. relinquo (8 St.) B. II, S. 473, b.

lucem: quin (sapiens) ... discessu a suis atque ipsa relinquenda luce moveatur; F V, 32.

memoriam: quarum (rerum) memoriam aut brevem aut nullam omnino sint relicturi; O II, 55.

morsum: ſ. contractiunculam.

naturam: quaesita .. virtus est, non quae relinqueret naturam, sed quae tueretur; F IV, 41. (Stoici) rursus naturam relinquunt; F IV, 43.

naturalia: quod aiunt nimia resecari oportere, naturalia relinqui; T IV, 57.

nomen: nihil demi (potest), ut virtutis nomen relinquatur; P 22.

oboedientiam: relinquunt .. (appetitus) et abiciunt oboedientiam nec rationi parent; O I, 102.

officia: an coli iustitia poterit ab homine ... multa officia relinquente? T II, 31.

opera: duo nobis opera pro uno relinquunt; F IV, 39. ſ. administrationem.

oracula: quae (oracula), quia nota tibi sunt, relinquo; D I, 37.

ortum: humilem sane relinquunt et minime generosum, ut ita dicam, ortum amicitiae; Lae 29.

otium: ut non multum imperatori sub ipsis pellibus otii relinquatur; A II, 4.

ova: etsi pisces, ut aiunt, ova cum genuerunt, relinquunt; N II, 129.

partem: hanc .. partem relictam explebimus nullis adminiculis; O III, 34. ſ. **pars**, II, 1. relinquo (5 St.) S. 13, a.

particulam: cum particulam singulorum (intervallorum deus) relinqueret; Ti 23.

patrimonium: ſ. **patrimonium**, I, 1. relinquo (8 St.) S. 83, a.

pecuniam: si ... ea .. pecunia non minor esset facta cum superiore exactione, quam heredibus omnibus esset relicta; L II, 51.

perspicuum: ſ. argumentum.
potestatem: qui (Sulla) tribunis plebis sua lege iniuriae faciendae potestatem ademerit, auxilii ferendi reliquerit; L III, 22.
praecepta: ſ. exempla.
praeclara: ſ. alqd; T V, 101.
praesidium: qui propter metum praesidium reliquit, quod est ignaviae; T III, 17.
probrum: »censores ... probrum in senatu ne relinquonto || relinquunto ||«; L III, 7.
procurationem: ſ. administrationem.
provocationem: non provocatione ad populum contra necem et verbera relicta; R II, 62.
quaestuosum: relinquo istum quaestuosum; P 49.
rationes: ita relinquet duas (rationes); F II, 38.
religionem: Prodicus Cius ... quam tandem religionem reliquit? N I, 118.
rem: nihil malo quam has res relinquere; T I, 76. nec .. desertarum relictarumque rerum patrocinium suscepimus; N I, 11. quae (res) est a nostris hominibus adhuc aut ignorata aut relicta; L I, 6.
rem publicam: quam (rem publicam) patres nostri nobis acceptam iam inde a maioribus reliquerunt; R I, 70.
sapientiam: a sapientia praecipitur, se ipsam, si usus sit, sapiens ut relinquat; F III, 61.
